JURISPRUDENTIÆ
ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ
LIBRI IX.
TOMUS SEXTUS

COMPLECTENS

IUS DIACONALE CATHOLICORUM.

Nove, non nova. Vincent. Lirin. in Common.



VENETIIS, MDCCXC.

TYPIS SIMONIS OCCHI

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

JURISPRUDENTIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBER SEXTUS.

DE JURE DIACONALI.

QU. I.

Diaconi quandonam instituti?

§. I. Actor. VI Diaconorum institutioni causam præbuere querelæ Hellenistarum adversus Hebræos. Id enim Græcos urebat, *quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum*, h. e. quod viduis suis, perinde ac Hebræorum viduis eleemosynas distribuendi negotium non daretur, seu potius, quod parcius viduis suis, quam Hebræis, eleemosynæ erogarentur. Huic igitur dissidio tollendo septem Diaconos Apostoli elegerunt, Fideli populo eorum probitatem confirmante, ne quis indignus obreperet, ut notat S. Cyprianus Epist. 68. Electos precationibus adhibitis, & manibus impositis suo muneri consecrarunt.

§. II. Joannes Laurentius Moshemius H. E. Sæc. I, Part. II, cap. II, §. 10, aliam imbibit opinionem; neque Actor. VI Diaconorum Ordinem institutum fuisse, sed solummodo illorum numerum auctum, nunquam Diaconis caruisse Ecclesiam, nec vero carere unquam potuisse. Quinam, nisi Diaconi, Juvenes (*a*) illi, qui Actor. V, *6*, 10, Ananiam ejusque uxorem extulerunt, tumuloque mandarunt? Qui, nisi Diaconi, ii qui Hellenistarum querelis causam dederunt? Non igitur Actor. VI tunc primum instituti Diaconi, sed Diaconis ab Juda oriundis, qui Hebræarum tantum viduarum rationem habere videbantur, additi sunt Diaconi a Græcorum genere orti, qui Hellenistarum etiam viduis prospice-

A 2 rent.

(a) Moshem. loc. cit. pag. 43, Not. y. Ne quis miretur Juvenes, qui Ananiæ & Sapphiræ cadavera terræ mandarunt, pro *Diaconis* seu ministris Hierosolymitanæ ecclesiæ a me haberi, animadverti velim, vocabula *νεώτεροι νεανίσκοι*, *juvenes* non sem-

rent. Ita Moshemius. Verum neminem antea extitisse, cui Diaconi persona imposita fuisset, cuique distribuendarum eleemosynarum provincia tradita esset, sed rerum omnium curam, ac sollicitudinem fuisse penes Apostolos ipsos, evincunt hæc Lucæ verba: *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis:* quæ declarant, Apostolos utrumque antea ministerium gessisse, atque utrumque victum, divinum, atque humanum fidelibus (*b*) subministrasse. Verum cum Proselytorum numerus in dies magis augeretur, nec tanti oneris magnitudinem ferre uni Apostoli possent, nec tot querimonias sustinere, id consilii ceperunt, ut animorum pascendorum curam sibi met ipsi reservarent, corporum alendorum sollicitudinem iis, quos vocarunt Diaconos, demandarent.

§. III. Justus Henningius Boehmerum Diss. ad Plin. & Tertull. VII, §. 20, & seq. atque in Lib. de Jure Paroch. sect. VI, cap. I, §. V, VI, VII, in alia omnia ivit; atque Actor. VI nec Diaconos institutos, nec illorum numerum auctum, sed Presbyte-

semper esse nomina ætatis, verum etiam apud Græcos & Latinos sæpe nomina esse *muneris* seu officii. Idem nempe his nominibus obtigit, quod vocabulo *presbyter*, quod omnes sciunt & ætatis nomen esse, & interdum tantum muneris. Quemadmodum igitur *presbyterorum* nomine præfecti & capita collegii seu societatis intelliguntur sæpe, nulla ætatis ratione habita; ita & *juvenum*, seu *juniorum* vocabulo designantur non raro *ministri* seu *famuli*, quia hi plerumque florente solent ætate esse. Neque insolens in ipsis novi fœderis locis hæc significatio est. Ipse Servator vocabulo νεώτερος hanc potestatem subjicere videtur *Luc.* XXII, 26; ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος. Vocabulum μείζων ipse Christus explicat per nomen ἡγούμενος: idem ergo est, quod præfectus seu *presbyter*. Et loco nominis νεώτερος ipse Servator paullo post ponit ὁ διακονῶν, quod interpretationem nostram extra omnem controversiam collocat. Itaque μείζων & νεώτερος non ætatum, sed munerum hic notæ sunt, Christusque hoc præcipit: *Qui presbyteri aut senioris munere fungitur, is ministris seu diaconis non se putet superiorem esse.* Evidentior etiam in hac re locus est PETRI (I Petr. V, 5.) Ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις. Clarissimum est ex antecedentibus, *presbyter* in his PETRI verbis nomen esse dignitatis, seu muneris &, populi Christiani doctorem seu præfectum indicare: itaque oppositum non νεώτερος eamdem vim habet, neque juvenes ætate, sed *ministros* ecclesiæ significat. PETRUS postquam graviter presbyteros exhortatus erat, ne concessa ipsis potestate abuterentur, ad ministros, seu *diaconos* ecclesiæ orationem convertit: *At vos quoque o juvenes diaconi & ministri mandata presbyterorum nolite contemnere, sed quod jubemini ab illis hilariter facite.* Eodem sensu *Lucas Actor. V*, 6, 10, vocabulum hoc usurpat: & νεώτεροι seu νεανίσκοι ejus sunt ministri ecclesiæ Hierosolymitanæ, illi ipsi, quos paulo post Hellenistæ apud Apostolos pecuniæ non satis juste inter pauperes distributæ accusabant. Liceret mihi plurimis scriptorum sacrorum & profanorum, e Græcorum & Romanorum locis, hanc notionem vocabuli *juvenis* confirmare: sed hic locus demonstrationes non capit.

(b) Eleemosynarum, bonorumque communium distributionem primis Ecclesiæ diebus ad Apostolos pertinuisse, ostendunt hæc Divi Lucæ verba Act. IV, 34, seq. *Quotquot prædia aut domos habebant, vendebant, & venditorum pretia offerebant, & ad pedes ponebant Apostolorum.* Similiter *vers.* 37 narrat, Joseph fundum suum vendidisse, pecuniamque ad Apostolorum posuisse pedes. Idem Ananias cum Sapphira fecit, *Act. V*, 2, & inde ex his nummis

byterorum Ordinem eo loci in Ecclesiam inductum fuisse contendit. At nos Presbyterorum institutionem ex aliis Sacræ Scripturæ locis petendam esse rationibus addiximus necessariis. (Vid. sup. Lib. V, Qu. II.) Sed si Actor. VI nulla Diaconorum creatio, unde igitur Diaconos nobis ortos esse dices?] ex *Chazanitis* (c) seu Ministris synagogæ; magna enim inter utrosque similitudo. (Bohem. J. E. P. Lib. I, Tit. XXIII, §. 5, 6.) At cur non potius ex *Levitis*? Nonne & *Levitis* (d) magna est cum Diaconis similitudo? At aliud est, inquis, esse simile, aliud esse idem. Ergo, inquam ego, neque ex *Chazanitis*, cum quantamcumque ad Diaconorum similitudinem ex *Chazanitis* sumas, semper verum erit, non esse eosdem. Quæ igitur Diaconorum origo? Quæ? nisi ea, quam omnes Ecclesiæ Patres uno ore prædicant, quamque Divus *Lucas* perspicuis verbis, atque dilucidis enarrat Actor. VI. *In diebus illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo, Fratres, viros ex vobis boni testimonii septem plenos spiritu Sancto, & Sapientia, quos constituamus super opus hoc. Nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum* (e)] *virum plenum fide, & Spiritu Sancto, & Philippum* (f),

---

mis collectis Apostoli singulorum necessitatibus succurrebant. Hæc erat ratio, antequam Diaconi constituerentur.

(c) Hugo-Grotius in comm. ad Luc. IV, 20. *Post Archisynagogum & presbyteros erant in synagoga* ὑπηρέται, *qui minora munia ex eorum decreto obibant: quomodo Joannes Marcus dicitur* ὑπηρέτης *fuisse Pauli & Barnabæ. Hebræis* ὑπηρέται *vocantur* החזנים, *ut videre est tum alibi, tum Talmudico titulo de sabbatho. Horum munus inter cætera erat, legis librum custodire, & ex eo legere, quod in ecclesia christiana faciebant* ἀναγνῶσται, *quæ erat species* διακόνων. *Nam olim cum exigua esset multitudo, iidem* διάκονοι, *omnia ea obibant, quæ presbyteris obire non vacabat. Postea distributi sunt labores, & facti sunt alii* διάκονοι, *alii* ὑποδιάκονοι, *alii* ὑποδιάκονοι, *alii janitores, alii* ἀκόλουθοι *episcoporum, alii* ἀναγνῶσται, *alii* ψαλμῳδοί.

(d) In Constitutionibus, quæ Clementi tribuuntur Lib II, cap. 25, *Episcopi sunt vestri Pontifices; Sacerdotes vero sunt vestri Presbyteri, Levitæ autem vestri, qui nunc sunt, Diaconi.*

Hieronym. ad Evagr. *Et ut sciamus traditiones Apostolicas sumptas de veteri testamento, quod Aaron, & Filii ejus, atque Levitæ fuerunt, hoc sibi Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi vendicent in Ecclesia.*

(e) Ille a corona digne appellatus Stephanus inter Diaconos nominatur primus. Incertum est, unde fuerit; utrum ex illis, qui prius in Christum crediderant, sicut Nicodemus, qui ad eum venit nocte; an forte in illis, qui post ascensum Domini veniente Spiritu Sancto, quando impleti sunt discipuli, & loquebantur linguis omnium gentium. Cum esset ab Apostolis ordinatus, in brevi ad passionem præcessit ordinatores suos. Rei gestæ Historiam admirabili ordine descripsit S. Lucas in Actis Apostolorum. Christianæ doctrinæ evulgandæ cum intentiorem operam daret, & mira faceret, diversi generis Judæorum in se odium

(*f*), *& Prochorum*, *& Nicanorem*, *& Timonem*, *& Parmenam*, *& Nicolaum*

odium concitavit. Libertini in primis, quo nomine, ut scribit Chrysostomus in Act. hom. 15, *appellabantur, qui a Romanis libertate donati erant*, Stephanum disceptando superare tentarunt. Disputatione victi, falsis testibus, & criminibus juvenem innocentissimum circumvenire conantur. Captum quasi violatæ Legis reum trahunt in Concilium. Interrogatus a Concilii præside, verane essent, quæ in ipsum dicerentur, objecta crimina refellere aggressus, sermonem producit longius, ut defervescente interim furore ad sanam mentem redirent. Verum cum vano id incepto conari se, divino, crediderim, instinctu animadvertisset, quod obstinata incredulitate orationem suam respuerent, tam acriter, tamque libere in eorum pervicaciam invectus est, ut illos reos agere non dubitaverit, quod Spiritui Sancto semper resisterent, imitati pessima Majorum exempla, qui Prophetas primum, deinde Christum ipsum interfecerant. *Sævire videtur: lingua ferox, cor lene. Clamabat, & amabat. Sæviebat, & salvos fieri volebat. Quis non crederet iratum, quis non crederet odiorum facibus inflammatum, quando dicebat*: Dura cervice, & non circumcisi corde & auribus? *Interea de Cælo Dominus aspexit, & vidit. Apertum est cælum: vidit Jesum tamquam exhortantem athletam suum. Nec tacuit, quod vidit*: Ecce video, *inquit*, cœlum apertum, & filium hominis stantem ad dexteram Majestatis. *Illi hoc audito, quasi blasphemia esset, quod ille dixisset, aures obturaverunt, ad lapides cucurrerunt*. In ipsa lapidatione non destitit pro iis orare: *& sic*, quemadmodum dicit S. Irenæus lib. 3 adversus hæreses cap. 12, *perfectam doctrinam adimplevit, per omnia Martyrii Magistrum imitans, & postulans pro eis, qui se interficiebant*. Nec frustra missæ preces. *Nam si Martyr Stephanus non sic orasset, Ecclesia Paulum hodie non haberet. Sed ideo de terra erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus*, ut loquitur D. Augustinus serm. 382, extremo cap. 4. Stephanum mortuum sepeliendum curarunt viri quidam pii & religiosi, qui eum *planctu magno*, honesto scilicet & amplo funere, comitantibus Apostolis, humaverunt. Annus mortis ejus Baronio est annus Domini 35 per diem unum incboatus: Petavio, Usserio, Tillemontio annus ipse, quo Christus passus est, aliis omnino incertus. Atque bis dies quoque Stephani supremus est in obscuro. Si cæteros audias, quibus assentior, VII Kal. Januarii & Cœlos apertos vidit, & ad JESUM, quem videbat, martyrum omnium primus evolavit. Nulla enim alia videtur esse caussa, cur, jam inde a quarto, aut quinto sæculo, ut ex Augustino, aliisque colligitur, postridie Natalem Christi diem Stephani Martyrium Ecclesia celebrarit. Illud tamen animadvertendum, in Cappadocia, & Ponto, ubi VIII Idus Januarii ortus Christi Domini recolebatur, diem insequentem fuisse Stephano sacrum, variata quidem ratione temporis, sed antiquo Ecclesiæ more servato, ut hæc duo Festa conjungerentur. Miro enim consensu Stephani mortem cum Natali Christi die copulavit antiquitas. *Diu latuit corpus ejus*, teste Augustino serm. 319, cap. 6. Nunc Venetiis colitur in Ecclesia S. Georgii Majoris, *& pro celebriori devotione perpetuis temporibus augenda decretum extitit, ut Dux invitatus cum insigniis Ducalibus Vesperi, & Missæ Festivitatis debeat interesse*, ut scribit Dandulus in Chronico lib. 9, cap. 11, part. 11, pag. 263.

(f) Philippus secundus ex septem Diaconis, Cæsareæ in Palæstina, referente Isidoro Pelusiota lib. 1, epist. 449, natus est. Uxorem habuit, ex eaque filias quatuor suscepit. A D. Luca *Evangelistæ* nomine commendatur, seu *propter promtum prædicationis eloquium*, ut visum Augustino Serm. 266, §. 4, seu quod omnium primus post ascensum Christi in Cœlum Samaritis Evangelium prædicavit, ut placet Baronio ad an. 35, §. 8. Cum enim post illatam Stephano necem Christiani omnes præter Apostolos, Hierosolyma reli-

rolaum (g) *advenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus.*

QU. II.

relicta, in diversa abiissent, Philippus Samariam concessit. Ibi & miraculis editis, & pluribus ad Christum conversis inclaruit. Apostoli, qui erant Hierosolymis, audito, Samaritas Christo per baptismum a Philippo initiatos, miserunt illuc Petrum, & Joannem, a quibus Confirmationis Sacramentum, & gratiam consequi possent. Ex quo facile perspicitur, eum, qui baptizaverat, *Confirmandi* potestatem nullam habuisse, ac proinde Philippum Diaconum, non Philippum Apostolum, quemadmodum perperam creditum nonnullis antiquorum, Samaritis prædicasse: qua de re dubitavit etiam Augustinus Tract. 6 in Joan. §. 18, qui tamen citato serm. 266, §. 4, *unum fuisse de septem Diaconibus* diserte confirmat. Inter cæteros a Philippo baptizatus est Simon Magus, is, quem potestatem conferendi Spiritum Sanctum oblata pecunia emere volentem Petrus hominis audaciam execratus rejecit. Samariæ, uti creditur, commorantem Philippum Angelus admonuit, ut obviam iret Eunucho Candacis Reginæ Ethiopum discedenti Hierosolyma, quo religionis caussa venerat. Statim imperata faciens, eum in curru, quo vehebatur, legentem Esaiam Prophetam invenit, explicatoque, quem legebat, Prophetæ loco, *ostendit ei JESUM, qui clausus latebat in littera*, credentemque *inter vias fortuita aqua tinxit, & Apostolum genti Ethiopum misit*. Eunucho vixdum baptizato, raptus subito ab Spiritu Philippus, & per aerem delatus Azotum translatus est: qua regione peragrata Christianæ religionis præcepta Civitatibus cunctis tradidit, donec veniret Cæsaream Palæstinæ, ubi domicilium suum habuit, & cum filiabus quatuor cælibatu, & prophetia claris mansit. Inde similius vero fit, in ea potius urbe, quam Hierapoli, mortuum & tumulatum fuisse, ut existimant Latini. Nam Græci Trallibus in Lydia vita defunctum credunt.

(g) Nicolaus Antiochenus fuit, Proselytus, hoc est ex Ethnico Judæus. Cum nomen Christo dedisset, iis virtutibus eluxit, ut dignus habitus sit, qui in septem primis Diaconis numeraretur. Postea eam subivit infamiam, quæ satis purgari nunquam potuit. Nimirum veteres plurimi eum auctorem faciunt Hæreticorum, quibus *Nicolaitis* nomen: plurimi contra putant, eam duntaxat ob rem, Nicolaitas a viro tanto nomen sumsisse, ut insignem titulum turpitudini obtenderent, & in ejus auctoritate delitescentes facilius hominibus fucum facerent. Libet utriusque partis testimonia afferre, ut per se quisque judicare possit, utra vincere debeat. Nicolaum itaque uxorem, quam habebat pulcherrimam dimisisse, ut viros Deo penitus addictos imitatus castitatem servaret, scriptum reliquit Epiphanius Hær. 25, §. 1, qui addit, eumdem in incepto haud persistentem uxori suæ rursus adhæsisse, & cum allatas, ne id in se reprehenderetur, excusationes minime accipi intellexisset, tandem ausum esse effutire: *Nisi qui diebus singulis luxuriæ vacet, sempiternam salutem neminem posse consequi*. Epiphanium secuti sunt Hilarius, Gregorius Nyssenus, Philastrius, Hieronymus, Cassianus, Gregorius Magnus, & alii a Natali Alexandro, Cotelerio, Tillemontio collecti, quorum ex Scriptis intelligi licet, Nicolaum auctorem fuisse sectæ Nicolaitarum. Quod sentit etiam Irenæus lib. 1 adversus hæreses cap. 27, omnium, quos nominavi, antiquissimus. Tertullianum vero prætereo, quia caput 46 *De præscriptionibus*, ubi Nicolaus hæreticus dicitur, a Tertulliano scriptum non est. Quandoquidem convenit inter doctissimos, librum ejus de Præscriptionibus quinque tantum, & quadraginta capitibus contineri.

E contrario S. Clemens Alexandrinus, multo ante Epiphanium natus, & honorifice de Nicolao loquitur, & rem aliter narrat lib. 3 Strom. pag. 456. Scribit enim, Nicolaum, exprobrata eidem ab Apostolis erga uxorem zelotypia, eam in omnium conspectum produxisse, eique potestatem fecisse nubendi, cui vellet. Minus ille quidem

dem caute egisse videtur, sed apposite ad avertendam noxam. Non pravo certe animo tunc ab Nicolao productam, vel ex eo liquet, quod Clemens subjicit, illum nullius feminæ, nisi uxoris suæ notitiam habuisse; liberos autem ita educasse, ut filiæ virgines consenuerint, & filius perseveraverit incorruptus. Subjungit Clemens, dixisse illum, *Quod carne uti oporteat*, eodem sensu, quo ferunt dixisse Matthiam, videlicet, *Nihil ei impudicum largiendo ad voluptatem:* quod idem omnino est, atque carnem coercere, & pravas animi cupiditates assidua corporis exercitatione domare. Qui igitur Nicolai *factum & dictum absolute, & inconsiderate sequentes fornicantur*, eorum *infossa est anima in cœno vitii, ut qui decretum ipsius voluptatis, non autem Apostolici viri sequantur*. Hoc S. Clementis loco Eusebius lib. 3 Hist. Eccl. cap. 29, confutavit Nicolaitas, qui Nicolaum *sectæ suæ auctorem jactabant*. Quod fecit etiam Nicephorus lib. 3, cap. 15. Multo apertius Clementis sententiam probat Theodoretus. Nam lib. 3 Hæretic. Fabul. cap. 23, docet, Nicolaum permisisse uxori suæ nubere, cui vellet, *non hoc lege aliqua decernentem; sed ut accusatorum calumniam redargueret*. Sanctus quoque Augustinus in lib. de hæresibus cap. 5, Clementis locum redactum in pauca describit, & ansam potius ad docendam hæresim dedisse, quam docuisse, subjungit. Sed omnium apertissime Victorinus Petavionensis Commentario in Apocalypsim: *Nicolaitæ*, inquit, *sub nomine Nicolai Ministri fecerunt sibi hæresim*. Omitto Constitutionum Apostolicarum auctorem, qui lib. 6, cap. 8, *Nicolaitas falso nomine dictos* refert, & Cassianum, qui Collat. 18, cap. 16; dicit, quosdam asserere, Nicolaum magistrum Nicolaitarum alium esse a Nicolao Diacono: siquidem utrumque video parum probari. Habes utriusque partis momenta præcipua, ut possis utram malis amplecti. Ego illis, qui Nicolaum culpa liberant, magis credo; ita tamen, ut existimem, si non errorem, erroris certe occasionem, licet præter voluntatem, præbuisse. Quam ob caussam nec a Latina, nec a Græca Ecclesia hujus Diaconi memoriam invenies honore ullo consecratam.

QU. II.

Quodnam erat Diaconorum munus?

§. I. Diaconorum munus erat, non communibus solum mensis ministrare, sed etiam sacris, in quibus panis divinus frangebatur, id est Christi corpus ab Apostolis consecratum fidelibus dividebatur, juxta illud Divi Pauli I Corinth. X, 16: *Panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini est?* Quid enim opus fuerat ministris cura tanta delectis, & ritu tam solemni initiatis, ab eo videlicet patum distante, quo Presbyteri, & Episcopi consecrantur, si eleemosynas pauperibus dividendo ea dumtaxat procurare debuerunt, quæ ad vitam sustentandam pertinerent? Ignatius certe, qui Diaconorum ministerio interfuit, in epist. ad Trallianos cap. 2: *Oportet*, ait, *& Diaconos ministros existentes MYSTERIORUM JESU CHRISTI secundum omnem modum omnibus placere. Non enim ciborum, & potuum sunt ministri, sed Ecclesiæ Dei ministri*. Eadem est sententia Cypriani ita scribentis epist. 65 ad Rogatianum: *Diaconos post ascensum Domini in Cœlos Apostoli sibi, constituerunt EPISCOPATUS SUI, & Ecclesiæ ministros*.

§. II. Præterea si Ecclesiæ initia repetas, ut ex D. Paulo animadvertit Augustinus epist. 54, cap. 5, cognosces consuevisse aliquando Christianos Eucharisticam mensam cum mensa communi conjungere. Cur igitur Diaconos communium mensarum ministros a sacræ Mensæ procuratione fuisse prohibitos existimemus? Profectò Justinus Martyr Apol. II testatur, Eucharistiam & iis, qui fidelium cœtui dominico die intererant, a Diaconis fuisse porrectam, & iis, qui aberant, ab eisdem fuisse delatam. Septem igitur Diaconi non solum pecuniæ in pauperes erogandæ custodes erant, sed etiam Sacris Altaribus inserviebant (*a*).

QU.

(a) Ab Eucharistiæ distributione ad conficiendam Eucharistiam Diaconi transire non dubitarunt, ausi perinde, ac Sacerdotes aliquando Missam celebrare, & Sacrificium facere. Eorum siquidem audaciam ita repressit Concilium Arelatense I, can. 15. *De Diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere*, ut est apud Labbeum tom. I Conc. pag. 1428, & apud Harduinum tom. I, pag. 265.

Eisdem tamen *concessum in extrema necessitate ut Confessiones excipiant, & Pœnitentias imponant; non vero ut Absolutionem Sacramentalem conferant. Preces fundere possunt super Pœnitentes, quibus divinam misericordiam, & peccatorum remissionem ipsis adprecentur, non vero illos sacramentaliter absolvere, quia Claves non habent. Itaque Synodi non permiserunt Diaconis administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, sed ceremoniæ cujusdam ex earum rerum numero, quas Theologi vocant* Sa-

 cra-

cramentalia, *exhibitionem, qua in absentia veri Sacramenti, & illius consequendi impotentia, moribundi contritio excitaretur, & caritas ferveret: atque Deus interiori ejus dispositione, & precibus Ecclesiæ motus, ipsi effectum Sacramenti tribueret. Porro quod Confessiones in arctissima necessitate audire possit Diaconus, non mirum: siquidem id & Laicus potest. Qua de re S. Thomas quæst. 8 Supplementi, articulo secundo, hæc habet*: Sicut Baptismus est Sacramentum necessitatis, ita & Pœnitentia. Baptismus autem, quia est Sacramentum necessitatis, duplicem habet Ministrum; unum, cui ex officio baptizare incumbit, scilicet Sacerdotem; alium, cui ratione necessitatis dispensatio Baptismi committitur. Et ita etiam Minister Pœnitentiæ, cui ex officio Confessio est facienda, est Sacerdos; sed in necessitate etiam Laicus vicem Sacerdotis supplet, ut ei Confessio fieri possit. *Et in responsione ad primum*: In sacramento Pœnitentiæ, *inquit*, non solum est aliquid ex parte Ministri, scilicet Absolutio, & satisfactionis injunctio, sed etiam aliquid ex parte ipsius, qui suscepit Sacramentum, quod est etiam de essentia Sacramenti, sicut Contritio, & Confessio. Satisfactio autem jam incipit esse à Ministro, inquantum eam injungit, & a Pœnitente, inquantum eam implet: & ad plenitudinem Sacramenti utrumque debet concurrere, quando possibile est. Sed quando necessitas imminet, debet facere Pœnitens, quod ex parte sua est, scilicet conteri, & confiteri cui potest: qui quamvis Sacramentum perficere non possit, ut faciat id, quod ex parte Sacerdotis est, Absolutionem scilicet, defectum tamen Sacerdotis Summus Sacerdos supplet. Nihilominus Confessio ex defectu Sacerdotis Laico facta, Sacramentalis est quodammodo, quamvis non sit Sacramentum perfectum, quia deest id, quod est ex parte Sacerdotis. Natalis Alexander extrema dissertat. 4 in Hist. Eccl. Sæculi III, & Morinus lib. 8 de administratione Sacramenti Pœnitentiæ cap. 23, & 24.

QU. III.

Diaconi ullos ne alios in munerum suorum partem vocarunt?

§ I. QUamvis Diaconorum officium latissime pateat, atque cum Episcopis, tum Presbyteris ministros se præbere debeant non solum in rerum Ecclesiasticarum curatione, & administratione, sed etiam in divinorum mysteriorum celebratione; (Vid. sup. Qu. II.) tamen primis Ecclesiæ temporibus ii uni nullius ope adjuti omnia Ecclesiastica servitia obibant, omnesque sacrorum ministeriorum partes explebant. *In primitiva Ecclesia* (inquit Div. Thomas supplem. Part. III, Qu. XXXVII, Art. 2.) *propter paucitatem Ministrorum omnia inferiora Ministeria Diaconis committebantur, ut patet per Dionysium Eccl. Hierarch. cap. 3, ubi dicit*: DIACONORUM ALII STANT AD PORTAS TEMPLI CLAUSAS, ALII ALIUD PROPRII ORDINIS OPERANTUR, ALII AUTEM SACERDOTIBUS PROPONUNT SUPER ALTARE SACRUM PANEM, ET BENEDICTIONIS CALICEM.

§. II. Verum cum Ecclesia adolevit, resque Ecclesiastica plurimorum Christianorum accessione auctior facta est, tunc Diaconi plures sibi adjutores adjungere, pluresque administros in operis sui partem vocare cœperunt. Itaque primas, & præcipuas tanti muneris partes sibi sumentes ipsi, aliis Sacrorum Vasorum custodiam, aliis thuris & cereorum curam, aliis energumenorum sanationem, aliis Scripturarum lectionem, aliis templorum excubias reliquerunt. Hinc orti Hyppodiaconi, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, Ostiarii. Hi omnes antea in Diaconiæ visceribus, ac venis inclusi penitus erant, horumque virtus ac potestas intus in ea abdita latitabat, nec Subdiaconatus, Acolytatus, Exorcistatus, Ostiariatus aliud sunt, quam Diaconatus particulæ, perticulæ, atque segmenta, proindeque ejusdem generis, ejusdem originis, ejusdemque institutionis, ac ipse Diaconatus, ex quo exsecti, eductique (*a*) sunt.

QU. IV.

(a) Thomassin. N. & V. Eccl. Discipl. Part. I, Lib. II, cap. 30, plura statuit. 2 In Scriptura Episcoporum dumtaxat, Presbyterorum, & Diaconorum mentionem occurrere: unde colligere datur, quod quam certum est ejusmodi Ordines institutionis esse

Divinæ, tam verisimile est alios omnino non esse. 2 Concilia, & Patres de tribus illis Ordinibus consentire ad unum omnes, de cæteris vero penitus dissentire. 3 Inferiorum ordinum numerum non esse constantem: ab aliis enim alios adpositos fuisse videmus, quos posteri non acceperint: & rejici alios, quos ætas posterior probaverit. 4 Certo definiri non posse tempus, quo primum cœperint singuli hi minores Ordines. Ex his autem efficitur 1 verosimilius statui posse Inferiores ordines non esse, quam veluti quasdam Diaconatus portiones aliis aliisque temporibus, & necessitatibus ab eo decerptas; hoc est, quæ erant propria Diaconorum munia, aliis singillatim Clericis adscripta fuisse. 2 Aliquo sensu recte dici posse, minores ordines, si originem inspicias, institutionis esse divinæ, quippe in Diaconatu radices agunt, unde tanquam surculi scaturierunt. Ministerii enim Sacerdotalis partes sunt, & segmenta, quod totum est in Diaconatu. 3 Id omnes persuasissimum habuisse, Diaconatum ex ipsa sui origine ad Sacrificium referri per sese, quum eo (ad Diaconatum) minores Ordines primario, & per sese referantur.

QU. IV.

Quasnam Sacri Ministerii partes Diaconi sibi unis reservarunt?

§. I. Quemadmodum nulla Sacerdotalis officii pars sanctior ac divinior, quam quæ in Sacrificio faciendo consistit, ita nulla Diaconalis muneris functio præstantior, atque excellentior, quam ea, quæ hostias præbet ad sacrificium. Hoc opus tam magnum, atque augustum visum quibusdam est, ut non longe ab ipsa Sacrificii actione abesse existimarint. Quinimmo illorum nonnulli extiterunt, qui Arelatensis Canonis 15, & Ancyrani 2 (*a*), a quibus Diaconi dicti sunt *panem, & calicem offerre*, vim & sensum minime assequuti, in eam hæresim inciderunt, quæ Diaconis non secus ac Sacerdotibus sacrificandi potestatem tradit. (Basnage Hist. de l'eglis. liv. 14, ch. 9, §. 8.) Interea hæc Sacri ministerii pars, quæ in *oblatione* consistit, ita Diaconorum propria semper fuit, atque perpetua, ut alios omnes inferiores ministros ab sese nunquam non repulerit.

§. II. Sunt etiam alia Diaconalia munia, quæ Diaconi exequi soliti fuerunt, cujusmodi sunt Eucharistiæ (*b*) ac Baptismi (*c*) administratio, divini verbi (*d*) prædicatio, Absolutio Canonica (*e*): tamen Diaconi ha-

(a) Concil. Ancyran. Can. 2. Diaconi similiter qui immolaverunt, honorem quidem habeant, cessare vero debeant ab omni Sacro Ministerio, *sive a pane, sive a calice* offerendo. Vid. Isaacum Habertum in Pontif. cap. IX, Petav. Diatrib. de Potest. Conf. cap. III, Hospinian. Histor. Sacram. Lib. II, cap. 1.

(b) Cyprian. Lib. de lapsis. *Solemnibus adimpletis Calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit*. Justinus Martyr Apol. II. *Qui apud nos vocantur Diaconi, atque Ministri, distribuunt unicuique præsentium, ut participent eum, in quo gratiæ actæ sunt, panem, & vinum, & aquam, & ad absentes perferunt*. Eadem habent Auct. Luc. Vet. & Nov. testam. cap. 101, Concil. Carthag. IV, can. 38, Acta S. Laurentii Martyr. apud S. Ambros. Officior. Lib. I, cap. 41.

(c) Tertullian. de Baptism. cap. XVII, & Hieronymus Dialog. contra Luciferian. cap. IV.

Concilium Illiberitan. can. 77. *Si quis Diaconus regens plebem sine Episcopo, vel Presbytero aliquem baptizaverit, Episcopus per benedictionem eos perficere debebit*.

(d) Philostorg. Lib. III, cap. XVII. *Leontius discipulum suum ad Diaconatum evexit, eique permisit, ut Ecclesiastica dogmata in Ecclesia doceret*.

Hieronym. de Scriptor. cap. 105. *Efrem Edessenæ Ecclesiæ Diaconus multas Syro sermone habuit conciones*.

(e) Cyprian. Epist. XIII, al. XVII, ad Cler.

hasce alteras sui muneris partes non tam arcta custodia septas tenuerunt, ut non ab aliis interdum infra se positis eas siverint occupari. Nam Acolythi aliquando Eucharistiæ præbitores fuerunt, ut de Sancto Tarsicio narrat S. Joannes Damascenus, (Vid. sup. Qu. XII, §. 3.) & Laici ipsi in Ecclesiæ primordiis Baptismi ministri, & divini verbi præcones erant, uti Hilarius in Comment. ad Ephes. IV monet. (Vid. sup. Lib. IV, Qu. XI, Not. a.) Ipsa enimvero absolutio Canonica minores Clericos aliquando non est dedignata. (Vid. sup. Lib. I, Qu. XII, §. 5.) At illa actio, qua Sacerdotibus se adjutores præbent ad consecrationem corporis, & sanguinis Christi, tam sancte semper, ac severe a Diaconis custodita fuit, ut hujusce laudis ac gloriæ neminem unquam consortem pati potuerint.

§. III. Quod si Ecclesiarum omnium, quæ sub sole sunt, rituales libros expendimus, nullus est, qui ad tantum hoc *Altaris* ministerium Diaconos non vocet. Atque ut Romanæ Ecclesiæ ritus in Diaconorum ordinationibus servari solitos prætereamus, omnibus jam cognitos, atque perspectos, Græcorum Euchologia in manus sumamus. Nonne hæ preces, quas recitat Pontifex, dum Diaconos ordinat: *Domine Deus noster, qui super destinatos ab imperscrutabili tua virtute, ut ministri fiant, & ILLIBATIS TUIS MYSTERIIS DESERVIANT, Sancti tui spiritus copiam effundis*: nonne, inquam, hæ preces satis declarant, Diaconos *Mysteriorum Jesu Christi ministerio* initiari ac devoveri? *Altaris* ne mentionem postulas? Eccillam tibi apud Syros Nestorianos. *Tu Domine hos servos tuos dignos effice, qui* INGREDIANTUR ALTARE SANCTUM TUUM, *ut ministrent coram throno tuo sublimi, qui in terra fixus est ad typum, & similitudinem Cœlestis, largitor donorum spiritualium, omnium Domine Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus*. (Ex recens. Joan. Morini) Et apud Cophtitas: *Quæso o Domine, pone eum consortem vocationis ad Diaconatum, ut per merita dilectionis tuæ, qua dilexisti homines, portet nomen tuum sanctum, &* SERVIAT TIBI ADMINISTRANDO SANCTUM ALTARE TUUM, *& inveniat misericordiam in conspectu tuo*. (Ex recens. Athanas. Kircher.) Anne etiam *Sacerdotii* commemorationem requiris? Habes illam in ordinationibus Diaconorum Maronitarum, in quibus Episcopus ita adprecatur: *Dextera tua plena misericordiis illabatur in eos Deus; qui parati sunt hodie, ut accipiant a te SACERDOTIUM*. (ex recens. Morini) Nunquid ea etiam verba audire vis, quæ *corporis & sanguinis Christi meminerunt*? Ea tibi dabunt Ordinationes Diaconorum Jacobitarum, & Eutychianorum, quæ ex eorum Ma- nua-

Cler. *Si incommodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra, apud Presbyterum quemcumque præsentem, vel si Presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque exomologesim facere delicti sui possint; ut manu eis in pœnitentia imposita veniant ad Dominum cum pace*. Vide ea quæ diximus Lib. I, Qu. XI, §. 2.

nualis præscripto ita fiunt: *Episcopus ponit manus suas super MYSTERIA, & extendit brachium suum, & colligit contrahitque tribus vicibus super CORPUS, ET SANGUINEM accipiens de calice in pugillum suum, cum Mysteria colligant, & cooperiunt peplo, seu linteo sacro. Postea revertitur ad eum* (Diaconum) *qui est ordinandus, & imponit manus super illius caput.* (Ex recens. Morin.)

§. IV. Veniant modo Protestantes nostrarum Missarum irrisores; & jam vel ipsi videant, quot quantarumque Ecclesiarum patrociniis nostri *Sacrificii*, *Sacerdotii*, *Altaris* ministeria defendantur; & jam vel ipsi judicent, quantum non solum Catholicæ, sed cunctis Christianis Ecclesiis bellum denuntiarint, atque indixerint, cum templa diruerunt, aras everterunt, easque Sacerdotum ac Sacrorum Ministrorum cæde polluerunt; (Pallavicin. Histor. Concil. Trident. lib. 19, c. 13.) & jam vel ipsi tandem cogitent, non potuisse tot Ecclesias tam longo, tam diuturno schismate & a nobis, & a se ipsis divisas, tam dissonæ linguæ, tam distantibus in locis positas, nec solum Romanæ, sed sibi etiam invicem infensas, atque inimicas, non potuisse, inquam, in easdem sacrorum Ministrorum Ordinationes convenire, & consentire, eamdemque omnes de *Altari*, de *Sacerdotio*, de *Sacrificio* doctrinam profiteri, nisi eam a primis Christianæ fidei propagatoribus sibi per manus traditam, atque transmissam ante ullum schisma accepissent.

QU.

QU. V.

Quænam est Archidiaconi dignitas & officium? (a)

§. I. QUI Archidiaconorum causam orandam, ornandamque susceperunt, illorum initium ab ipso S. Stephano duxerunt, quem non solum Protomartyrem, sed etiam Protodiaconum, seu Archidiaconum fuisse putarunt. (Baronius ad an. 34, n. 284.) Stephanum a Divo Luca Diaconorum numerum recensente primo loco nominatum fuisse scio, at non inde majorem Stephano in alios Diaconos potestatem accessisse reor, quam Andreæ in alios Apostolos, eo quod omnium primus ad Apostolatum vocatus fuerit. (Vid. S. Gaudent. Serm. 17, Tom. V Biblioth.

(a) Selvag. Antiquit. Christ. Lib 1, Part. II, cap. 11, §. IV, n. XI. Archidiaconi munus tantam semper olim habuit dignitatem, ut post Episcopum universæ Ecclesiæ oculi in ipsum conversi fuerint. Hinc plerumque præ ipsis Presbyteris Episcopi Successor deligebatur: quod Athanasii, Cæciliani, aliorumque veterum exempla probant. Profecto Archidiaconorum Potestas, & Privilegia ejusmodi erant, ut mirificam ipsis occasionem in Clericorum, ac plebis benevolentiam sese insinuandi præberent. Et sane adeo proxime Episcopo præsto erant, *ut nunquam ab ejus latere recederent*, ut Hieronymi phrasi utar. *Comment. in Ezech. Cap.* XLVIII. Hinc nobiliora Diaconorum munera plerumque Archidiaconus exsequebatur. Ac præsertim quæ ad inferiores Clericos pertinebant officia, ac ministeria, ipse, tanquam Vicarius Episcopi, disponebat, ac moderabatur.

Præcipue vero 1 Ecclesiæ redituum sollicitam curam agebat, & sub Episcopo eorundem dispensationi præerat, ut Pauperibus, Viduis, Orphanis pro singulorum necessitate eleemosynæ distribuerentur: in quo munere Diaconorum ministerio utebantur. Id ex Concilio Carthag. IV, ex Prudentio, Ambrosio, aliisque constat.

2. Præ reliquis Diaconis ab Episcopo fingi consuevit, ut ejus loco conciones ad populum haberet. Atque ita intelligi posse videntur verba Hieronymi *Comment. in Ezech.* Cap. XLVIII. *Primus ministrorum per singula concionatur ad populum.*

3. Episcopum ordinandis Inferioribus Clericis plerumque sublevabat. Hinc ex Concilio Carthag. IV, *Can. V*, habemus non oportere, ut Hypodiaconi, Acolythi &c. per impositionem manuum ordinentur; sed ut tantummodo vasa quædam Ecclesiæ e manibus partim Episcopi, partim Archidiaconi accipiant. Confer *Cap. seq.*

4. Tandem Archidiacono jus erat, ut reliquos Diaconos, aliosque Inferiores Clericos pœna Ecclesiastica multaret. Ita ex Actis Concilii Chalcedonensis Act. X. *Religiosissimus Episcopus Ibas dixit .... Maras secundum veritatem EXCOMMUNICATUS EST A PROPRIO ARCHIDIACONO* (*non enim a me excommunicatus est*) *quoniam injuriam fecit Presbytero: ob hoc eum a communione suspendit*. An ullam in Presbyteros potestatem habuerit, disputant eruditi. Illud autem vero similius videtur, Archidiaconos paulatim auctoritatem in Presbyteros tum usurpasse, quum jam e Presbyterorum ordine adsumi cœpissent: quod nono duntaxat Sæculo primum obtinuit. Verum neque secutis tempo-

iblioth. Patr. pag. 968.) a Græcis proinde πρωτίστα cognominatus (Vid. Ducangium in Glossar. ad scriptor. med. & infim. Græcitat. ad verb. πρωτόκλητα pag. 1265.)

§. II. Equidem negari non potest, quin inter plures Diaconos aliquis semper extiterit, qui cæteros ætate, aut ordine antecederet, quem postea sæculo IV Hieronymus, Augustinus, Optatus, ne a suorum temporum usitato loquendi more discederent, *Archidiaconum* appellarunt. Quemadmodum vero *Principes* aliquando dicti, qui primi rem aliquam aggrediebantur, ut apud Livium PRINCEPS *in prælium ibat, ultimus confecto prælio excedebat;* aliquando ii, qui summum dignitatis gradum tenebant, ut apud eumdem Livium, PRINCIPEM SENATUS *Publium Scipionem legerunt;* ita etiam *Archidiaconi* nomine aliquando ii designati, qui primi in Diaconorum ordine numerabantur, aliquando ii qui Diaconorum ordinem ducebant. Cum igitur novum hoc quarti Sæculi auribus, tribus vero prioribus sæculis pror-

poribus in Archipresbyterum urbanum unquam potestate usi sunt, licet in Archipresbyteros rurales, sive Decanos auctoritatem exercuerunt.

Illud quoque recte quæri potest, num Archidiaconi super omnem Diœcesim olim potestatem protulerint. Medio ævo in omnes Diœceseos Parochias potestatem habuisse perspicue constat ex Isidoro Hispalensi *Epist. ad Ludifr.* qui Sæculo nono ineunte vixit. Is scribit: *Sollicitudo quoque Parochitanorum* (al. Parochiarum) *& ordinatio, & jurgia ad ejus pertinent curam: pro reparandis Diœcesanis Basilicis ipse suggerit Sacerdoti: ipse inquirit Parochias cum jussione Episcopi, & ornamenta, vel res Basilicarum Parochitanorum* (al. Parochiarum) *& libertatum Ecclesiarum ipse suggerit Episcopo.*

Berad. J. E. U. Tom. II, Diss. II, Obs. I, pag. 32. Atque imprimis generaliter observandum est, olim, si Diaconi prætextu administrationis peculii ecclesiastici plurimum supra Presbyteros ambiebant, quam ob caussam debuerunt ab Ecclesiasticis Patribus coerceri, quemadmodum liquet ex tota fere dist. 93, Archidiaconos maximam sibi prærogativam vindicavisse. Id eveniebat in Cathedralibus Ecclesiis, in quibus Archidiaconi peculium ecclesiasticum dividebant non solum inter minores, sed etiam inter majores Clericos, ac Presbyteros, immo & ipsi portionem Episcopo debitam Episcopo tribuebant. In hac administratione bonorum Archidiacono relicta, quis humanarum rerum apprime conscius non suspicetur, quantum sibi usu veluti capere Archidiaconi potuerint? Res primum eo alicubi devenit, ut nemo in Presbyterum ordinaretur, nisi consensu Archidiaconi, quasi ad Archidiaconum pertineret, consideratis Ecclesiæ redditibus, proponere, ut augeretur numerus ministrorum, vel deficientibus aliquibus administris, alii surrogarentur. Quæ consuetudo non placuit Hieronymo utut invecti in Romanam Ecclesiam, uti liquet ex Can. 24. vers. *Sed dicis* dist. 93. Inde eousque itum est, ut Archidiaconi prætextu immissionis in bonorum ecclesiasticorum possessionem beneficia conferrent, etiam exclusis Episcopis, præsertim ubi divisa fuit collatio beneficiorum a collatione ordinum, unde multa dissidia inter Episcopos, & Archidiaconos profluxerunt. His accessit, Archidiaconos frequens abscedere a Cathedrali Ecclesia consuevisse, ut prædia Cathedralis Ecclesiæ collustrarent in vicis, & pagis constituta, item ut obventiones Cathedrali Ecclesiæ debitas derivarent a Parochis villarum, & pagorum. Hac occasione Episcopi mandabant Archidiaconis, ut Parochias visitarent, Parochos, ipsosque etiam rusticanos Archipresbyteros inviserent, atque, ubi isti non rite suo munere fungerentur, eosdem monerent, coercerent, atque

prorsus inauditum *Archidiaconorum* nomen (*b*) audis, si superiora tempora respicit, tunc nomen est numerale, atque ordinale; si vero posteriora spectat tempora, tunc non ordinem dicit, sed dignitatem.

§. III. Enimvero qui fieri unquam potest, ut Archidiaconi nomen *dignitatem* sonet iis temporibus, quibus nondum dignitates erant institutæ? Quis vero nescit tribus prioribus sæculis, quibus singuli Episcopi singulis prærant Christianorum cœtibus, nec inter Presbyteros, nec inter Diaconos quemquam extitisse, qui inter suos ullo dignitatis gradu emineret? Cur sæculo III, quo Romæ præter Episcopum numerabantur Presbyteri quatuor & quadraginta, septem Diaconi (*c*), totidemque Subdiaconi, Acolythi duo & quadraginta, Exorcistæ, & Lectores cum Ostiariis duo super quinquaginta; (Vid. Euseb. lib. VI, cap. 43.) cur, inquam, tot inter Clericos, nemo præter Episcopum memoratur, qui præ aliis dignitate fulgeret? (Vid. sup. Lib. V, Qu. XXI, §. 1.) Nulla igitur tribus prioribus sæculis Archipresbyteri, nulla Archidiaconi dignitas, sed hæc quarto tantum sæculo emersit, quo nova se se projecit, atque extulit plurimarum Ecclesiarum facies.

§. IV. Archidiaconorum potestas primum ab Episcopi habenis regebatur modo adductis, modo remissis; at ea postmodum frænum momordit, atque excussit, lorisque solutis iit, tandem ad interitum vocata, & ad nihilum fere redacta est. (*d*) Quinimmo in Ecclesia Romana, & Constantinopolitana ipsum Archidia-

atque punirent. Quis non videt, in his adjunctis Archidiaconos supra Archipresbyteros Cathedralis Ecclesiæ, aut certe supra Archipresbyteros rusticanos certam jurisdictionem explicare cœpisse, unde etiam præstantiorem se dignitatem habere gloriati sunt? Nunc intelligitur, quo spectant ea omnia, quæ de officio, & dignitate Archidiaconorum sub Isidori nomine traduntur in Dicto Can. 1, dist. 25. Aut enim de Archipresbyterorum ruralium erga Archidiaconos obedientia ea intelligenda sunt, aut de extraordinariis mandatis ab Episcopo datis Archidiacono, ex quibus Archidiaconus quædam singularia præter ingenitum officium exercebat, aut de singularibus quorumdam Archidiaconorum moribus, unde singularis consuetudo certa jura tribuere potuit Archidiaconis in certis Ecclesiis, ad quas illud Isidori monumentum spectat.

(b) Isaacus Habertus Not. in Pontif. Observat. VI, pag. 207. Quæsierit a me aliquis, quam antiqua esset Archidiaconi nomenclatura . . . antiquioris non est mihi notæ auctor, apud quem Archidiaconi nomen legerim, Sancto Hieronymo.

(c) Ex Bingham. Orig. Eccl. Lib. II, cap. XX, §. 19. Antiquitus in quibusdam Ecclesiis, quæ Jerosolymitanam æmulari studebant, Diaconi septem omnino erant: quod & Concilium Neocæsarense Canone stabilivit; & Ecclesia Romana semper servavit, uti ex Epistola Cornelii, ex Prudentio, Sozomeno, Ambrosio. Verum ipsomet Sozomeno teste *apud alios haudquaquam definitus erat Diaconorum numerus*, & in Ecclesia Alexandrina constat ineunte Sæculo IV, plures quam septem fuisse Diaconos. Demum Constantinopoli tempore Justiniani adeo excrevit, ut eos idem Imperator ad centum redegerit.

(d) Thomass. V. & N. E. D. Part. I, Lib. II, cap. 17, 18, 19, 20. Tractu temporis Jurisdictio etiam Archidiaconis accessit. Eam ab initio tanquam ab Episcopo delegatam in minores Clericos tantum exercuerunt. Deinde vero Jurisdictio omnis cum voluntaria, tum contentiosa in Universam Diœcesim

diaconi nomen sublatum est, ejusque locum nunc tenent Romæ Cardinalis Camerarius (*e*), Constantinopoli autem Chartophylax (*f*), qui inter Exocatacælos (*g*) familiam degit, & in primæ pentadis subselliis quintus sedet. (Vid. sup. Qu. XXI, Not. d.)

QU.

---

cesim mandata Archidiacono fuit, ut omnino esset episcopi Vicarius Generalis. Verum cum Archidiaconis diutissime, & sine ullo limite fuerit ab Episcopo delegata Jurisdictio, hæc sensim, ut in ejusmodi concessionibus evenire solet, ordinaria existimata fuit, & propterea etiam sede vacante exercita fuit. Tandem eorum contumacia in Episcopos effecit, ut Episcopi jurisdictionem repeterent suam, quam Vicariis Generalibus pro lubitu amovibilibus demandarunt.

Jure novissimo Archidiaconi munus eo redactum est, ut Episcopo generalem ordinationem celebranti clericos ad ordines promovendos sistat: id quod licet in speciem tantummodo fieri videatur, non erit tamen a peccato immunis, si eos indignos judicans, Episcopo interroganti palam responderit, a se præsentes factos dignos esse, qui ordinentur. Benedictus XIV *De Syn. Diœcef. Lib. V, Cap. III, n.* 4.

Quod si autem ex locorum legibus, institutis, vel consuetudinibus Archidiaconus primam obtineat dignitatem, vel præfecturam in choro, nec levis honor illi præstabitur, nec pauca illius erunt munia. In sacris enim functionibus, & thurificatione ipsum etiam Vicarium præcedit, horas canonicas inchoandi, & a choro discedendi signum dat. Adhæc ipse Canonicos ad consilia, si quæ inter illos sint agitanda, convocat, atque, absente Episcopo, horas, viasque publicarum supplicationum indicit, tabularii, depositorumque claves, libros conclusionum, & sigillum capituli custodit, Viaticum ægrotanti Episcopo defert. Cæterum tanta hodie erit Archidiaconi auctoritas, quantam ipsi indulserit vel Episcopi mandatum, vel Ecclesiæ institutum, vel consuetudo longissima. Trident. *Seff. XXIV, de Ref. cap.* 2.

(e) Vid. Cardinal. de Luc. Lib. XV Relat. Roman. Cur. Discurs. XI.

(f) Anastas. Biblioth. in Observat. ad Syn. VI. Sine Chartophylace nullus Præsulum, aut Clericorum a foris veniens, in conspectu Patriarchæ intromittitur: nullus Ecclesiastico conventui præsentatur: nullius epistola Patriarchæ missa recipitur, nisi forte a cæteris Patriarchis mittatur: nullus ad Præsulatum, sive alterius ordinis Clericorum, sive ad Præposituram Monasteriorum provehitur, nisi iste hunc adprobet, & commendet, atque de illo Patriarchæ suggerat, atque præsentet. *Omnia*, inquit Balsamon, *Patriarcha jura exercet, quæ ei conveniunt ut Episcopo, etiam excommunicat, animæ delicta corrigit, Diaconos, & Sacerdotes ordinari permittit.* Vocat propterea illum os, labra, & manum quodammodo Patriarchæ; haud aliter sane quam olim apud nostros Archidiaconi, qui oculi dicebantur Episcoporum.

(g) Goarius ad cap. 9 Codin. pag. 154. Placet idcirco magis reliques omnes his inferiores Clericos ceu κατακοίλους catacælos loco depressiori, & humiliori considentes spectare: hos vero sive in Ecclesiæ consessu, sive in procedendi ordine, sive ad Patriarcham vicinià sublimiores multos, ac eminentiores, & (qui sunt modo spectatissimi Cardinales) exacatacælos perfecte eminentissimos decernere vocandos.

Addit eodem loco Goarius Georgii Caresii verba, hominis Chii, qui floruit inter Græcos Schismaticos sæculo XVII ineunte, in latinis licet scholis eruditus. Sic autem hic habet. *Totus Constantinopolitani Patriarchii situs concavum locum occupavit quondam, ejusque ædes cum reliquis spectatæ κοιλότητι cavitatem, & veluti voraginem exhibebant oculis. Et in ea tum Syncelli, tum alii Monachi Patriarchæ obsequio mancipati, vel etiam Domestici, sedem obtinebant unde & κατάκοιλοι. Primates vero Clerici, ἔξω κοιλότητος commorantes, domosque amplas, & excelsas adepti, seu qui ex præcipuis familiis, &*

 pro-

proceribus seligerentur, ἐξωκατάκοιλοι *nominati*, *qui non modo Clericos alios, sed & Pontifices ipsos honore praecederent*. At pergræcari mihi Caresius videtur, quum non tam ex amplis, excelsisque ædificiis, quæ Primates isti Clerici præ Patriarcha, cæterisque Syncellis, aut Domesticis habitabant, sed ex loco potius eminentiori, quo in Ecclesia erant, æquius repetendum nomen videatur, quod extra Catacælos essent, hoc est humiliori gradu in Ecclesia consistentes, ut jure eminentissimos dixeris, quemadmodum, hodieque S. R. C. Cardinales jure vocamus. De *Exocatacoelis* hujusmodi, quum non sit hic dicendi locus, vide si lubet Thomassin. p. p. lib. 2. cap. 114. num. 16. & seq. Chardonium in hist. sacrament. tom. 3. lib. 2. cap. 13. & Morinum de sacr. ordinat. in exercit. de antiquis, & primigeniis sub Episcopo dignitatib. &c. & Græcorum Chartophylace.

QU. VI.

Quænam Diaconalis muneris partes traduntur (a) Subdiaconis?

§. I. PRinceps Subdiaconorum cura est Sacrorum Vasorum custodia. Concilii Carthaginensis Patres anno 398 ritum, quo Episcopi in Subdiaconis initiandis uti debent, hisce præscripsere verbis: *Subdiaconus quia manus impositionem non accipit, PATENAM de manu Episcopi accipiat vacuam, & CALICEM vacuum.* Hunc ritum ab latina Ecclesia servatum semper fuisse, atque retentum didicimus ex Ritualibus omnium Occidentalium Ecclesiarum libris, quos longo ordine recenset Edmundus Martene Lib. I de antiq. Eccl. ritib. Cap. VIII, Art. VIII. Neque ab hoc Latinorum ritu abludit ille, quem in Subdiaconorum ordinatione adhibent Syri Maronitæ, uti constat ex eorum Euchologiis. *Episcopus induit Subdiaconum, eumque benedicit, & præficit VASIS ECCLESIÆ.* Hunc itidem ritum sequuntur etiam Cophtitæ, apud quos Episcopus, cum Subdiaconos ordinat, ita Deum adprecatur: *O Domine Deus omnipotens, qui purificasti in tabernaculo testimonii decorem templi, eosque qui servant VASA SACRA; tu nunc etiam, o Rex noster, reple hunc Subdiaconum, ut dignus sit, qui contrectet VASA MINISTERII HUJUS.*

§. II. Neque vero existimes, hæc Vasa, quæ Subdiaconorum curæ traduntur, quæque Altaris ministerio inserviunt, eo modo dicta fuisse *sacra*, quo plures aliæ res dicuntur sacræ, queis tamen nulla accessit Consecratio. Nam nihil antiquius, quam Calicibus (b), patenisque impressæ atque inustæ Sanctitatis opinio.

(a) Subdiaconi munia recenset Pontificale Romanum: *Subdiaconum*, inquit, *oportet aquam ad ministerium altaris præparare, Diacono ministrare, pallas altaris, & corporalia abluere, Calicem, & patenam in usum sacrificii eidem offerre.* Porro ejusmodi Subdiaconorum officia hodie plerumque per inferiores Clericos, ac etiam per laicos exerceri solent, vel in missis privatis per ipsum Sacerdotem. Qua de re ex recentiori disciplina omnis pæne Hypodiaconi functio ad ministerium altaris in missa solemni restricta videtur, ac præcipua censetur Epistolæ decantatio: quæ tamen inter Hypodiaconi munia antiquitus in Ecclesia latina non recensebatur, nec hodie apud Græcos recensetur. Morinus *de Sacris ordinat. Part. III, Exerc. XII, cap. 1*, qui & *ibidem* ex antiquis Ecclesiæ monumentis demonstrat, Librum Epistolarum Subdiacono in sua ordinatione tradi recentem esse Ecclesiæ disciplinam.

(b) Calices licet primis Ecclesiæ temporibus potuerint esse etiam lignei, & vitrei, tamen a multis sæculis obsolevit usus ille, & non debent esse lignei, quia cum lignum sit porosum, aliquid sanguinis subintraret; nec vitrei, aut ex crystallo propter fragilita-

pinio. Tam grandem ne dicam Athanasio scripsissent Ariani, fractique illum Calicis reum egissent, perinde ac si Capital fecisset, nisi magnam sanctitatem possidere sacros Calices creditum fuisset? (Vid. Athan. Apolog. II. Tom. I, pag. 732, edit. Paris. 1627.) Prohibiti ne fuissent Laici, inferioresque Clerici ab Synodo Agathensi can. 21, atque Laodicena, an 320, can. 66, sacra vasa contrectare, nisi divinis Religionis ritibus consecrata fuissent? Quis igitur non stomachetur perfrictam Hospiniani frontem, (De Origin. Ded. cap. 3, 4.) qui Calicum, Patenarumque Consecrationem novitatis ausus est insimulare? Nunquam ne id legerat, quod Sozomenus præteritorum temporum memoriam repetens scriptum reliquit sæculo quinto, nimirum, *Episcopos Hierosolymam delatos, Ecclesiam, ac VASA CONSECRASSE*? Sed mittamus Hospinianum ab Catholica Ecclesia hominem nimis adhorrentem, adeamusque doctissimum, atque eruditissimum Renaudotium, qui mirum in vasis divinæ mensæ consecrandis cunctarum Ecclesiarum consensum, atque concentum, omnium Euchologiorum, Ritualium, ac Pontificalium testimoniis ad unguem jam comprobavit. Quæ sane consensio tam magna, tamque unanimis nunquam

tatem; nec de lapide propter ineptitudinem, nec de ære, aut aurichalco, aut cupro, quia hæc propter æruginem vomitum provocant: sed tam ipsi Calices, quam Patenæ debent esse de auro, vel argento, vel stanno, ita ut si non ex auro, saltem ex argento fiant, vel ad minus ob magnam paupertatem ex stanno. Calices & Patenæ debent consecrari, ac perungi. Immo contra eum, qui utitur Calice ligneo, aut non consecrato, constituta est pœna depositionis ab Officio, & Beneficio. Calices, ac Patenas consecrare de Jure ordinario spectat ad Episcopos, quia est actus Ordinis Episcopalis; ex privilegio tamen possunt Calices, & Patenas benedicere, seu consecrare Abbates, aliique Prælati usum Pontificalium habentes, dummodo id faciant pro solo usu suarum Ecclesiarum.

Immo possent ab Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis, Abbates, aliique Prælati usum Pontificalium habentes Censura Interdici ab ingressu Ecclesiæ, vel Suspensionis ab exercitio Pontificalium puniri, & coerceri, si Calices, & Patenas, ac Paramenta Sacra pro usu aliarum Ecclesiarum, quam suarum, benedicerent. Privilegium benedicendi Calices, aut Patenas, cum ex Jure Ecclesiastico proveniat, potest, a Summo Pontifice concedi etiam simplicibus Sacerdotibus. Calix, & Patena duobus potissimum modis consecrationem amittunt, scilicet per fractionem, & per novam inaurationem. Per fractionem amittunt consecrationem, quando Patena est ita notabiliter fracta, ut Hostiam commode capere non possit, & Calix etiam ita notabiliter fractus, ut in eo commode Sanguis Christi consecrari non possit: Sic etiam per fractionem amittit Calix consecrationem, quando pes fixus in cuppa & non amovibilis cum fractione separatur ab ipsa cuppa, quia Calix in tali eventu amittit suam figuram, & non est amplius aptus ad usum, ad quem fuerat factus. Si autem pes Calicis sit amovibilis, & separatur a cuppa sine fractione, ut accidit in Calice tornatili, cujus partes separantur absque fractione; tunc per talem separationem non amittit consecrationem, cum adhuc remaneat aptus ad usum, ad quem fuit factus, & adhuc retineat suam figuram; ideo enim Calix fit tornatilis, ut possit facile separari. Per novam inaurationem amittunt consecrationem, quando (ratione auri amissi ex longo usu, vel ex abusu quorundam Sacerdotum, qui toto nisu manuum scrupulosa simul, & ridicule Calices Purificatorio detergunt, vel potius; ut

quam obtinuisset, nisi ex Apostolica traditione ortum suum duxisset.

§. III. Enimvero summa hæc, constans, ac perpetua omnium Christianarum gentium concordia, ac conspiratio, quæ non solum ab Eucharistiæ Ministris, sed ab ipsis etiam ministratoriis vasis suam quodammodo sanctitatem nunquam non postulavit, quid aliud declarat, nisi ab omnibus Christianis pro certo habitum semper fuisse, in Eucharistia Christi corpus & sanguinem contineri? Si eadem, quam Calvinistæ imbiberunt, Eucharistiæ opinio apud alios Christianos unquam, aut ulpiam valuisset, etiam alii Christiani, uti Calvinistæ faciunt, in celebrando sacro convivio, communibus vulgaribusque vasis usi semper fuissent. Nec *transubstantiationis* doctrinæ renuntiare potuerunt Protestantes, quin eodem tempore *Templorum*, *Altarium*, *Sacrorum Vasorum* consecrationi renuntiarent.

QU. VII.

---

ut ita dicam, auro expoliant) denuo inaurantur, quoad illam superficiem, quæ tangit Corpus, & Sanguinem Christi; tunc enim opus est nova consecratione, ex eo quia consecratio Calicis, & Patenæ fit præcipue propter contactum Corporis, & Sanguinis; posita autem nova inauratione, contactus ille nequit amplius fieri in parte, seu superficie consecrata, cum aurum de novo additum non sit consecratum. Suarez, Rosignol. Angelus, Barbosa cum plurimis aliis, qui dicunt, talem esse praxim Ecclesiæ, & receptam consuetudinem Calices denuo consecrandi, cum denuo inaurantur.

Calix, & Patena, & alia ornamenta, quæ immediate attingunt Corpus, & Sanguinem Christi, ut sunt Corporale, & Palla, non possunt tangi a Laicis, & multo minus a Fæminis. Tangere enim vasa sacra quando non continent actu Corpus, & Sanguinem Christi, est restrictum. Subdiaconis privative quoad alios Ministros non consecratos. Quando autem continent actu Corpus, & Sanguinem Christi, tangi nequeunt, nisi a Sacerdotibus, & Diaconis privative etiam quo ad ipsos Subdiaconos. Facultas tangendi vasa Sacra vacua concessa videtur etiam in ipso Missæ ministerio, & ex privilegio concessa a variis Summis Pontificibus Laicis, & Clericis nondum in Sacris constitutis Regularium. Quicumque autem non habent hanc facultatem, nec ex vi suæ Ordinationis, nec ex speciali privilegio, & permissione, si absque rationabili causa, & sine morali necessitate tangant vasa Sacra, peccant saltem venialiter, & ratio est, quia præsefert quandam irreverentiam, & præsumptionem, & inanis esset concessio privilegiorum facta Regularibus tangendi hujusmodi vasa, si sine labe possent ab aliis omnibus indefinite tangi.

Calices, aliaque vasa Sacra urgente necessitate possunt vendi; cum hoc tamen, quod si vendantur Laicis, debent prius conflari, vel saltem frangi, & solum Ecclesiasticis Personis possunt integra sine fractione vendi. Nec ratione consecrationis eorum potest aliquid plus exigi ab emptoribus, sive Laicis, sive Ecclesiasticis, aliter erit gravissimum Simoniæ peccatum. Cum enim consecratio Calicis, aliorumque vasorum, sit quidpiam mere spirituale, non æstimandum est pretio pecuniæ, nec in quocumque casu potest ingredi commercium.

Calix non debet poni in manibus Sacerdotum Defunctorum, ut abusive introductum est.

QU. VII.

Quanam est Cymeliarchæ seu Thesaurarii dignitas, & officium?

§. I. QUemadmodum Archidiaconi Diaconorum, ita Cimeliarchæ seu Thesaurarii Subdiaconorum familiam ducunt. Si igitur Subdiaconis Sacrorum Vasorum cura mandata est, Cimeliarchis totius sacræ supellectilis Præfectura delata. Eterodoxi, iisque succenturiati Catholici Cimeliarchia & Cimeliarchas, Ecclesiæ Thesauros & Thesaurarios in crimen vocare audent, totamque hanc rem invido, maledico, ac rabido dente carpere, vellicare, arrodere nunquam concessant. Maximum igitur operæ pretium facturi sumus, si horum hominum animos felle, toxico, malevolentia suffusos frangamus, palamque omnibus faciamus, quantam Christianæ Religioni, ac Reipublicæ perniciem moliantur ii, qui sacræ, ac pretiosæ Ecclesiarum supellectili bellum indicunt, funera movent, exitium parant.

§. II. Ac primum quæro abs te: Equod tempus unquam fuit, quo Sacræ Ædes auro, argento, ebore, veste, aliarumque optimarum, ac pulcherrimarum rerum multa, lautaque supellectile non redundarint? Num, cum Christiani Ethnicorum persecutiones collo, & cervicibus sustinebant? (*a*) At negat S. Prudentius, qui Tyrannum cum Levita Laurentio ita loquentem inducit:

Anne

(a) Joann. Tomcus Marnavicius Episcopus Bosnens. Hieronym. Epist. 27, scribit olim aureis funalibus dependentia fulsisse luminaria. Juliani Apostatæ infelix satelles Felix, dum pretiosissima vasa in Antiochenæ Ecclesiæ Sacrario contemplatur apud Theod. *lib.* 5, *cap.* 11, in stuporem raptus exclamat: *Quam pretiosis vasis filio Mariæ ministratur!* Squallore pressa fortasse jacuit Ecclesia in tenera adhuc infantia, mox post Apostolorum tempora? Minime gentium, cum ipsas inter persecutionum flammas, Trophæa Apostolorum, Petri in Vaticano, Pauli in via Ostiensi, ex antiquissimis scriptoribus doceat Baronius, ad annum Domini 215. Gregorius vero Turonensis, in Arenariis, quibus per persecutores obstructis, dum fideles sacra inibi peragerent, ut vivi sepelirentur, pretiosissimam supellectilem sacrorum vasorum, progressu temporis apertis, inventam restatur. Lucianus apostatarum perditissimus, & cujuscunque divinitatis, & legis illusor perpetuus, dum refert sacros conventus Christianorum in locis abditissimis, ad quos per longos graduum ascensus vix parebat aditus, quibus loco Ecclesiarum Christiani utebantur, fatetur, se ejusdem loci laquearia auro fulgentia vidisse. Et hæc quidem illis temporibus, per quæ, ut ait Apostolus in Epistola ad Hebræos, Sancti ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati, secti, in occisione gladii mortui, circuissent in melotis, in pellibus capri-

Anne esse vestris Orgiis
Moremque & artem proditum est,
Hanc disciplinam foederis,
Libent ut *auro* Antistites.
Argenteis scyphis ferunt
Fumare sacrum sanguinem,
Auroque nocturnis sacris
Adstare fixos cereos. Prud. In Hymn. S. Laur. ad an. 250. (Vid. quæ sup. diximus Lib. I, Qu. XXXII, §. XI.) Numne cum collum Ethnicorum jugo subduxerunt, (*b*) ac in Reipublicæ tutelam concesserunt? At negat S. Paulinus Nolanus, qui quarto sæculo hæc cecinit Nat. VI.

Cedo, alii *pretiosa*, ferant donaria, meque
Officii sumptu superent, qui *pulcra* tegendis
Vela ferant foribus, seu puro *splendida* lino,
Sive coloratis textum *fucata* figuris.
Hi læves titulos lento poliunt *argento*,
Sanctaque præfixis obducunt limina lamnis.
Et Nat. XI.
Multa etiam suberant alia, ut novistis in ipso
Ornamenta loco, quæ sumeret, ut Crucis *auro*
Parceret, intus enim latitabant mistica Vasa
Sumendis mandata sacris ....
...... minus esset

Cri-

caprinis, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.

(b) Idem. Verum enimvero ubi indignæ servitutis jugum collo excussit Ecclesia, liberumque caput extulit, quis verbis effari queat, quibus divitiis affluxerint ornamenta ædium Deo dicatarum? Ubinam gentium hodiernus dies ostendet januas, ebore, & argento interductas, quales suo tempore Paulinus *lib.* 8, Epist. 2, describit? Quis altaria gemmis rigentia, & onusta, ab eodem Epist. 161 memorata? Quis eadem altaria solido auro assurgentia, Paulino ibidem, Epist. 20, teste, & ab inferiori strata argenteo, auro superducto? Epistola ejusdem 11, quis ostendet ingentia illa vasa gemmis coronata, quibus Basilius Magnus in sacrosanctis utebatur mysteriis, teste in vita ipsius Amphilochio? Quis hodie in Ecclesiis inveniet mensam Altaris illi comparandam, quam Justinianus Imperator fieri curavit, in qua omnia metallorum genera, omnes gemmarum species, omnem pretiosissimi cujusque ligni materiem includi voluit, ut æmula terrarum orbis, posteritati inimitabile opus extaret? quemadmodum scribit Cedrenus. In cujus Ecclesiæ thesauro, hodie 40 millia librarum argenti signatæ inveniemus pecuniæ, prout inveniebatur in sacratio Constantinopolitanæ Basilicæ, æternæ sapientiæ dicatæ, tempore Procopii, ejusdem thesauri mentionem *lib.* 4 facientis? Quam sacram ædem in orbe Christiano habemus, quæ nec media parte illius argenti glorietur, quo paulo ante desolationem religiosissimæ Anglicanæ Ecclesiæ, tumulus Christi Confessoris Thomæ Cantuariensis ornabatur, unde viginti sex currus, pretioso metallo onustos, impius prædo Henricus surripuit. Quis pares divitias numerabit iis, quibus, Abbate Desiderio, postea Victore Summo Pontifice, Cassinensis superbiebat Ecclesia? Quando, ne numeremus altaria argentea, & columnas argenteis item cælatas historiis, & ex eodem metallo trabem ingentis molis, arcui Ecclesiæ superpositam, auro illitam? Visebantur in ea Calices ex duobus unionibus confecti, præter complures alios ex pretioso lapide, spectabatur Lychnus pensilis, lampadarium vulgo vocant, ad coronæ formam, immani ambitu, 20 cubitorum, ex argento circumductus, 12 turres sustinens, 3 lampadibus ex qualibet turre, hoc est 36 appensis, omnibus hisce ex auro puro fulgentibus. Omitto sacellum ex argento solido 20 arculas ex auro puro, sacras Evangeliorum paginas includentes, a

Chi-

Criminis, & pretii suspensam Altaris ab ora
Longius, *argentoque* levem emendare lucernam

Con-

Chidilberto Victore, inter Amalarici spolia inventas. At quorsum sparsas per alias provincias scrutamur memorias, si sacrosancta hæc Urbs plures nobis, quam totus orbis subministrat? Et sane si universa ejus pretiosa donaria enumerare velimus, nec illis distinguendis stylus, nec tempus enumerandis, nec legentis sufficeret patientia, & potius in illis describendis lassabimur, quam in iis donandis lassata est antiquitas. Credent fortasse Scariotistæ hujus ævi splendorem, ultimam metam sacrorum ornamentorum attingere. Utinam sacræ urbis Basilicæ possent eloqui, sentiremus equidem, quanto affectu, priorum Pontificum, & Principum munificentiam suspirarent. Miratur inopiam suam Sessoriana triumphali Cruci sacrata Basilica, dum in Sacello suo frustra requirit candelabra puro auro elaborata, munus illius ætatis piæ. Respicit curiosa, quonam avolaverit Altare illud, quod gemmis onustum, ex solido auro ponderis 250 librarum Hilarius Pontifex erexerat. Desiderat Januas ejusdem sacelli ex puro puto auro, sicuti & ejusdem sacelli arcum, & agnum ex eodem metallo, duabus columnis, Onichina altera, Sardonica alia, sustentatum, valvas sacrarii æreas argento cælatas, ejusdem Hilarii donaria; præter alia auro, gemmarumque ornamenta pretiosissima. Quarum ne vestigia quidem, temporis injuria, barbarorumque urbem inundantium rapacitas intuendum nobis dereliquit. Suspirat Levitæ Laurentio munificentissimo in agro Verano dicata Basilica, celebertimas suas lampades aureas triginta librarum unamquamque; ingentes ejusdem materiei Patenas, 15 libris singulam constantem; aurea vasa ad 150 libras ascendentia; Cancellos, & Tribunam Confessioni superstantem ex argento conflata. Attollit Sol ex oriente cupidum caput lustrandi Fornicem amplissimum anterioris templi Lateranensis Basilicæ Magni Constantini opus argenteum, a Valentiniano deinde Imperatore restitutum, simulque salutandi, & adorandi ingentem illam Salvatoris statuam, quæ pari materie fusa, eidem fornici, veneranda majestate superinsidebat. Flagrat idem Sol aviditate, recenter emissos radios suos, reflexu Valvarum Vaticanæ Basilicæ, flavo auro fulgentium, consecrari. Sed proh dolor! cupiditate frustratur, dum Lateranensibus ruinis offenditur, Vaticanas Valvas, ter licet a diversis Romanis Pontificibus priori splendori restitutas, ære solo nigricantes, nisi Pauli V pietas splendorem iis exteriorem, Urbani VIII munificentia, interiorem ornatum auxisset, intueretur. Constantiniani sacri lavacri reliquiæ ne fontes lachrymarum effundant, Urbani Sanctissimi Patris munificentissima pietas effecit. Nihilominus, quid pretiosum hodie universa recondit Lateranensis Basilica, quod vel proxime ad antiqua dicti Baptisterii accedat ornamenta? Visebatur in eo ingens Porphiretica concha, tota crassissimo argento obducta; Columnæ fasciis argenteis circumamictæ, vasa odoramentaria 300 librarum aurea, ne materiei addamus opus, & odoramentorum unguenta; Paranæ aureæ, quarum unaquæque 30 libris censebatur; Canna ex auro, lucernæ loco inserviens, ponderis librarum 52. Vasa aurea ad usum aquæ, 150 librarum quodque; Lychnus aureus 52 librarum, balsamo ardens; præter incredibilem aliorum instrumentorum ex auro maximi ponderis apparatum. Ad Basilicam Doctoris gentium, in via Ostiensi, si accedamus, quid in illa ad præsens inveniemus comparandum unicæ Cruci aureæ, 150 librarum, muneri ejusdem Constantini conditoris Basilicæ? præter immensum alium thesaurum sacræ supellectilis, ab eodem in Basilica Vaticana, congestæ, suppatem. Verum ne ab hac ipsa Vaticana longe recedamus, intra quam majestas ævi nostri sedem posuisse videtur, illa ipsa Sanctorum Apostolorum Confessio appellata, quæ ut aliqua ex parte barbaricarum injuriarum, tot sæculorum spatiis illatarum, dolorem aliquando minuat, pietate Pauli V pretiosissimorum marmorum splendore sinum aperit, & superbissimarum columnarum ætearum pompa, re-

gia

. . . .
Continuum scyphus & *argenteus* aptus ad usum.
. . . .
Quæ simul & variis scite distincta lapillis.

Viderat . . . .
Magna corona subest variis circumdata *gemmis*.

§. III. At tu contra illa nobis Persii carmina recitas:

Di-

gia Urbani VIII munificentia, nobilissimum sustollit ejusdem metalli ciborium; illa ipsa, inquam, confessio, oblivisci potest nequaquam, antiqui ciborii argentei, columnis argenteis, pietate Magni Gregorii extructi. Recordatur strati argentei sacræ Aræ appositi ab Hidriano I. Pontifice; item Peristiliorum, & cancellorum ex argento, a Leone IV, & postea a Gregorio III restiturorum. Ingemiscit eadem peristilia, & eosdem cancellos, non amplius ex argento, sed auro solido, 1328 librarum, solius metalli; incredibili magnificentia, ab Hadriano positos. Suspirat magnam illam retem auream ponderis 266 librarum, pretiosissimis coloribus illitam, & gemmatis nodis cohærentem Benedicti Pontificis donum, altari Apostolorum superductam; ut auream trabem, lilia, & statuas argenteas sustentantem, Gregorii munus omittam. Perquirit, sed frustra auream statuam Salvatoris, & Apostolorum duodecim in duodecim portis ejusdem materiei existentium, mirabili grandine gemmarum accedente, Valentiniani III. munificentia. Altare itidem aureum unionibus, & smaragdis coruscans, librarum decem supra tercentum. Sicuti, & imaginem Salvatoris 200 librarum auri ab Hadriano Pontifice sacratam. Desideratur præter duas lampades Onichinas, ingens illa 300 millium scutatorum valoris, a Costantino Magno Apostolico altari suspensa. Item Scyphus Corallinus, raro, & incredibili artificio; auro inclusus, & smaragdis horridus, 20 librarum pondo. Simulque pallium auri solidi, gemmis illustre, Leonis IV pietate, Apostolorum principi oblatum. Angelorum statuas aureas eximio opere cælatas, oculis gemmis micantibus, mirabili dispositione inter reliquas sanctorum a Constantino 120 librarum pondere erectas. Necnon, & lampadem Delphinis ornatam, 50 librarum auri pondere, a Silvestro Pontifice appensam. Silentio involvo donaria argentea, sacras vestes inæstimabiles, auro gemmisque intertextas, Christi ejusque Sanctorum exprimentes historias: iis tantum quæ protulimus, erit ne aliquis qui præsentia veteribus audeat comparare? Sed addo etiam; quibusnam hodie sacratis ædibus Deo, lampades puro balsami liquore aluntur? vel oleo spica nardi confecto? illo inquam oleo, vel unguento dicam, cui Latro Judas obmurmurando, malus magister, pessimos instituit, etiam ad præsens, obmurmurantes discipulos. Quibus in Lychnis vel lampadibus hodie Ellychnia ardent ex Amianto incombustibilis petræ venulis intorta? Sed dices; hæc ut nostro sæculo inusitata, ita priori impossibilia: respondeo gravissimorum scriptorum auctoritate probari, 200 libras balsami, Lateranensibus Lychnis annuatim fuisse assignatas, quibus Ellychnia incombustibilia innatabant; 130 Vaticanis, quibus in Vaticano nempe addebantur octingentæ triginta libræ olei, sive unguenti Nardi spicati. Adolebantur pretiosissimis adoramentorum vasis, 560 libræ præstantissimorum aromatum, ex vetivis Asiæ partibus conquisitorum. Præterea milliaria lampadarum stellati cœli speciem repræsentabant, cum in unico lampadatio, 1370 lumina conspicerentur Hadriani Pontificis pietate. Hinc integræ olivetorum sylvæ huic adeo præclaro officio dicabantur. Nullum vas priscis illis temporibus in sacris ædibus fuisse legitur non argento solido conflatum; & si forte aliquo alio metallo constaret, quod non argento obduceretur. Hinc quivis argumentetur, an supellex nostrorum temporum, quibus præsertim ab 150 annis, quotannis tot onerariæ naves auro, atque argento ad nostra littora appellunt, veteri comparata, luxus, an melius paupertas est appellanda.

D 2 Ve-

Dicite, Pontifices: In Templis quid facit aurum?
Quin Superis justos mores castosque probamus?

Nonne satius, inquis, humanæ paupertatis, egestatis, mendicitatis onus auro levare, quam Superis nullius rei indigis aurum libare? Præclara sane vox, ac Juda Iscariote plane digna, qui Magdalam Christi pedes pretioso unguento ingentem hujusce vocis libertate perstrinxit: *Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis?* At hoc Judæ dictum, quod tibi tam sapiens videtur, quódque nostrorum temporum Philosophi tam crebris usurpant sermonibus, a Christo Dei Filio gravissimis verbis fuit improbatum. Noverat enim divinus intimorum consiliorum cognitor, hæc a Juda dici, *non quia de egenis ad eum pertinebat, sed quia fur erat, & latro.* Furem igitur, & latronem Judam Iscariotem ducem habent, & antesignanum ii, qui quæ Majores nostri Deo vota persolverunt, ea a Divino cultu ad humanos usus converti & rapi sapientius esse clamitant. Interim vero nec divinus cultus alitur, nec humana calamitas levatur, sed ipsimet totam rem divinam atque humanam inexplebili ingluvie stringunt, vorant, helluantur.

Horret animus, ac refugit commemorare Templorum direptiones, fanorum expilationes, Sacrariorum vastationes, ædium sacrarum depopulationes, Religiosarum domorum excisiones, eversionesque, quas Lutherani, ac Calvinistæ, cum primum ex Inferis erupere, cum bonorum omnium mœrore, luctu, ac gemitu nobilissimis provinciis intulerunt. Atque hæc omnia latrocinia, rapinæ, ac prædæ miserorum charitatis, ac misericordiæ velo contegebantur. Nec ullum tempus fuit, quo rerum omnium

Verum enimvero sentire mihi videor aliquem, tanquam enervaturum vim auctoritatum productarum, qui dicat: quæcumque diximus propria supremarum Urbis Basilicarum fuisse decora, & ornamenta, non vero aliarum inferioris notæ, quales hodie penes nos complures ditissima supellectile superbiunt, quarum multitudo si majoribus nunc extantibus adjungeretur, fortasse non inferiora nostri temporis, antiquioribus, apparerent ornamenta. Sed quisquis ita argumentatur, toto cœlo aberrat a veritate. Vos enim, vos fortissimos Gethas, sive Gothos connationales meos appello, testes, qui sub Alarico Rege, triumphatores orbis, urbem orbis Reginam, prædam vestram effecistis, quænam fuit illa Ecclesia, cujus tot, & adeo varia aurea, & argentea vasa ablata, jussu Regis vestri, sacrilegam prædam abhorrentis, tot succolantium humeris, ad Vaticanum Templum retulistis, ut longa serie militum, inter victores enses, tanquam in triumphum pietatis, illa per mediam Urbem retuleritis; quis custos illius erat Ecclesiæ? Eratne fortassis una ex illis, quas Constantinus magnificentissime extruxerat, Pontifices Romani ingentibus auxerant postea donariis? Dicite quæso, quam numerosi cleri colebatur officiis? Nil minus; sacellum fuerat in extrema parte maximæ Urbis, idque angulare, ut ob ignobilitatem, nec nomen ipsius prodatur; sacellum inquam unius sanctimonialis curæ commissum, sed adeo vasis aureis atque argenteis abundans, ut cum ad emendandam sacrilegam prædam, jussu Alarici, ad Vaticanum templum essent reportanda, manipulo militari opus fuerit. Adeo communia, & nu-

omnium inopia, paupertas, egestas, mendicitas magis serperet, fureret, ac bacchagretur, quam illud, quod Ecclesiasticorum ærariorum spoliationes est consequutum. Una mihi testis sit Anglia. Florebat magna illa Natio opibus firma, copiis locuples, divitiis ampla, omniumque rerum genere ita potens, ut contra omnes adversæ fortunæ ictus satis septa, ac munita esse videretur, cum Henricus VIII, omnis Religionis prorsus oblitus, in Ecclesiasticas pecunias, ornamenta, ac supellectiles invasit, atque octo & amplius Templorum millia depeculatus est. Quid tum postea? Numne ideo Inopes minus eguerunt? Num civium opes crevere? Num publicæ res florentiores, ac beatiores? Nihil sane minus. Nihil postea illo Regno spoliatius, nihil illo Rege egentius fuit. Nam tanta difficultas eum rei nummariæ tenuit, tanta auri, argenti, ærisque caritas, tanta vis oppressit, ut numos ex corio cudi necesse fuerit.

Tritum est sermone proverbium; Reipublicæ Ærarium ex privatorum fortunis æstimandum esse; quo hæ tenuiores, eo illud egentius; quo hæ copiosiores, eo illud opulentius habendum. Quod si id vere dictum de privatorum civium divitiis, quanto verius de Ecclesiarum opibus dicendum est! Neque vero aliud sunt Ecclesiarum thesauri, quam depositum, atque alterum ærarium summis Reipublicæ rebus atque temporibus reservatum. Neque ad hoc sanctius ærarium ditandum necesse habent Principes aut vectigalia imperare, aut tributa indicere, aut portoria imponere, civiumque animos exasperare, sed satis habent populorum pietati habenas laxare, quæ, nullis calcaribus adhibitis, sua sponte ac voluntate, grandem atque præclaram auri, argenti, gemmarumque vim in Religionis Patriæque suæ Sacrarium inferet, grandiorem etiam, & præclariorem illatura, si ipsorum Principum exemplo excitetur.

§. IV. Redeo ad Cimeliarchas, qui jam inde a priscis temporibus in cunctis Ecclesiis positi, & in sacrorum Thesaurorum custodia collocati tacitum testimonium dicunt adversus eos, qui Ecclesiasticas opes allatrant, mordent, incessunt. Quod si latini Thesaurarii non satis locupletes testes in hanc rem sunt, in medium prodeant Scevophylaces (c) Græci, qui Sacræ supellectilis Præfecti, atque Mystagogi inter Constan-

---

& numero multiplicia, illa tempestate sacrarum ædium donaria, & vasa pretiosa habebantur.

(c) Jacob. Grethser. Observ. in Georg. Codin. Curopalat. cap. V, pag. 161. *Scevophylax* is est, quem multis in locis *Custodem* appellant, cui in supellectilem sacram arbitrium est, & auctoritas. *Sacrorum cimeliorum curam habet magnus Scevophylax*, inquit Balsamon. Nec aliter Codinus. *Scevophylax habens in potestate sacrum instrumentum, seu Ecclesiæ supellectilem*. Quidam vertunt *Sacristam*, non incommode, nisi forsan refragetur judicium illius, qui res veteres novis vocibus significanter exprimi, patienter ferre non potest. Hinc σκευοφυλάκιον, ubi sacrum instrumentum adservatur.

ſtantinopolitanæ Eccleſiæ Exocatocœlos (*d*) locum ſemper tenuere, quintoque primæ Pentadis ſubſelliæ dignati ſunt.

QU.

(d) De Exocatocælis Vid. ſup. Qu. V, Not. g. Quibus hæc adde ex Grethſero in Codinum: Magnæ fuerunt auctoritatis Exocatocæli: ex hiſce pauculis Codini verbis colligas: *Iſti ſedent in Sacra Synodo cum ipſo Patriarcha*. Eorundem fit mentio in Concilio Florentino, tanquam auctoritate, & dignitate in Clero Græcanico valde excellentium: *Patriarcha Papam ſtantem oſculatus eſt in gena. Nos vero cum Exocatocælis ſedentis dexteram, atque genua oſculati ſumus*; Præſentibus, *Imperatore, Cardinalibus, omnibus Epiſcopis, & exocatocælis.*

QU. VIII.

Quænam Diaconalis muneris partes traditæ sunt Acolythis?

§. I. QUO tempore Acolythorum Ordo institutus fuerit, vel, ut melius dicam, ex Diaconatu decerptus, nemo facile dixerit; hoc tamen certum est, in Ecclesia Romana Sæculo III quadraginta duos extitisse Acolythos, quorum meminit Cornelius Papa in epist. ad Fabium Antiochenum. In Ecclesia Orientali Acolythorum Ordo adhuc latet in Diaconatu, nisi quod illorum vicem partim supplent *Syncelli*, quorum in Ecclesia Constantinopolitana maxima est dignitas, (Vid. sup. Lib. II, Qu. XX, §. 2.) partim *Canstrisius* (*a*), qui tertius in secunda Pentade sedet, & *Hieromnemon* (*b*), qui in tertia Pentade primas tenet, partim *Deputatus* (*c*), ad tertium ultimæ Pentadis locum rejectus. (Vid. sup. Lib. V, Qu. XXI, Not. d.)

§. II. Acolythorum igitur non unum munus. Atque iis temporibus, quibus Christiani omnes insidias sibi ab Ethnicis metuebant, delecti fuere Acolythi, qui Episcoporum epistolas ultro citroque ferrent (*d*). Adhibiti etiam fuerunt Acolythi ad Eulogias, atque Eucharistiam ab Cathedrali ad minores Ecclesias portandam, cujus rei indubiam fidem nobis

bis

(a) Jacob. Grethser. in Georg. Codin. Curopal. Cap. VI. Dicitur *Canstrisius*, quasi Canistrius a Canistro. Ejus munus erat Patriarcham, seu Episcopum, quando vestes in re divina peragenda mutandæ erant, adjuvare & induere. Itaque Canstrion nihil aliud videtur hic esse, quam Vestiarium, seu locus sacratum Vestium.

Leo Allatius Lib. III De perpet. Consens. cap. VIII, n. 6. Canstrisius Vestes Præsulis mutat; gestatque thuribulum, & velum, quo sancta teguntur.

(b) Jacob. Grethser. ibid. pag. 164, ad calcem. Primas tenet *Hieromnemon*. De ejus officio hæc Citrius: *Hieromnemonis* officium est simul cum Canstrisio subservire induendo sacris vestibus sacrificaturo Pontifici.

(c) Idem ibid. cap. XIII, De nona Pentade. Testium locum obtinet *Deputatus*. *Deputati* vero Mandyis induti antecedunt cum Lampadibus Evangelium, quando lectionis causa fertur ad suggestum. Iidem idem munus obeunt in ingressu ad sacram mensam, quando sacra dona processione publica circumferuntur, & ad Prothesim referuntur.

(d) Consule epist. S. Cyprian. 42, fol. 142, Edit. Balut. Venet. 1758, ubi de Nicephoro Acolutho, & Epist. 55, ubi de Acoluthis Saturo col. 191, & Feliciano col. 199, litterarum latoribus, & epist. 78, 79, ubi de Luciano, Maximo, & Amantio Acolythis subsidiorum portitoribus col. 381. Consule & Epist. S. Augustini 62, nunc 192, in qua per Albinum Acoluthum rescribit.

bis faciunt S. Innocentius I in epist. ad Decent. Eugubin. Martyrium S. Tharsicii Acolythi in Martyrol. Usuardi, & Roman. ad V Kalendas Septembris, & sacculi ipsi, quos Acolythi, cum initiabantur, ab Episcopo accipiebant, hujusce sui muneris, & officii indices, ac testes. (Vid. Ord. Roman. VIII, apud Mabillon. Tom. II, fol. 85.) Id quoque Acolythis munus datum, ut fistulam Fidelibus porrigerent ad Christi sanguinem ex Calice ebibendum, patenamque Christi corpus comedentium ori supponerent, ne qua atomus in terram decideret, (Vid. Marten. De Sac. Eccl. ritib. Tom. I., edit. Rotomag. 1700, pag. *96*, *97*, 100, 103, 112.) quæ sane cura suscepta minime fuisset, si Protestantium opinio de Eucharistia apud veteres viguisset. Præterea illud etiam mandatum Acolythis, ut sacra ad rem divinam faciendam indumenta pararent (*e*), Sacar-

(*e*) Habe hic brevem, sed plenam notitiam vestium, ac indumentorum, quibus in ministeriis sacris utuntur Græci; alia enim sunt indumenta Clericorum, alia Subdiaconorum, alia Diaconorum, alia Sacerdotum, alia Episcoporum, & alia Diaconissarum. Toga est prima Vestis; quia omnes Clerici utuntur Toga nigra, vel violacea, talari, ampla, & manicata, quæ totum corpus ambit, & superponitur vestibus laicis, quibus corpus tegitur. Hæc Toga vocatur *Himasion*, de qua Morinus *d. part.* 2, *in Adnot. num.* 7, *pag.* 176, *col.* 2. Non est vestis sacra, sed civilis, etsi Clericalis, & ea utuntur Ordinati tam in minoribus, quam in majoribus Ordinibus, cum in publicum prodeunt. Secunda Vestis est *Phenolion*, quæ dicitur etiam *Camision*, desumpto nomine ab Italis, qui eam vocant *Camice*. Hæc communis est Lectoribus, Subdiaconis, Diaconis, ac Sacerdotibus, omnes enim eam induunt, cum in Ecclesia ministrant, & alia est alba ex lino indicans ministrantium puritatem; alia purpurea denotans passionem Christi, & de ea agit Morinus. Tertia Vestis est *Sticharium*, propria Subdiaconi, qui eam recipit ab Episcopo in sua ordinatione, teste eodem Morino ubi supra *num.* 30, *pag.* 183, *col.* 2, qui tamen omittit narrare ejus præcisam formam, sed cum dicat esse communem omnibus majoribus Ordinibus, arguitur, eam esse similem Albæ, seu Camisio, forsan subtilioris materiæ, quam illa Lectorum; & hæc pariter per annum est coloris candidi, in Quadragesima vero purpurei. At Magrius *in Hierolex. Verb. Sticharium* coloratum, quia semper debet esse candidum, ob ejus mysticam significationem ibi a SS. Patribus relatam. Quarta Vestis est *Orarium* spectans ad Diaconum: quam Latini *Stolam* vocant, & nomen Orarii a Græcis acceperunt. De ea plura disserit Morinus *dict. part.* 2, *in Adnot. num.* 6, *pag.* 174, ex quibus duo discrimina notat circa Græcorum, ac Latinorum Stolas; unum est, quod Diaconi Græci portant Orarium super humerum sinistrum, dependens ex utraque parte, & in alarum quemdam typum utrinque fluitans; non enim alligant partes illas fluitantes sub humero, & brachio dextero, ut faciunt Latini; & ajunt significare Alas Angelorum, quibus ipsi Diaconi comparantur. Aliud discrimen est, quod Græci prædicti tempore communionis cingunt se eodem Orario, seu Stola, in qua ter est inscriptum *Agios*, idest *Sanctus*, quo Angelorum canticum designetur, ut fuse ibidem Morinus. Quinta Vestis est Presbyterorum, & hæc triplex *Phenolion*, *Epitrachelion*, & *Manipulus*. Nam Græci dicunt Sacerdotum *Phenolion*, quod nos appellamus *Casulam*; est enim vestis alba manicis carens, totum corpus circumtegens, a capite usque ad pedes, unam tantum habens aperturam in superiori parte, per quam caput immittitur, & postea toti corpori allabitur, brachia, manusve cum cætero corpore concludens. Sic erant etiam apud nos Casulæ antiquæ, ut demonstrant Emin. Cardin.

Sacerdotibusque ad illa induenda, exuendaque praesto essent. (Vid. Grancolas Antiq. Sacramentor. Part. I, pag. 124.) Tandem Acolythi digni habiti fuerunt, qui perpetui Episcoporum comites essent, confessores, convivae, contubernales, totiusque eorum vitae, omnium actionum, ac domesticae disciplinae testes. Atque horum sane testimonio sanctissimi viri gravissimas calumnias persaepe effugerunt. (Vid. Ennod. in Libell. Apolog.)

§. III. Verum haec omnia tam praeclara Acolythorum officia exoleverunt, illudque fere unum illis restat,

dio. Bona *Rerum Liturg. lib.* 1, *cap.* 24, *n.* 8, Magrius *in Hierolexic. Verb. Casula*, & Morinus *ubi supra pag.* 177, *col.* 2, subdens, quod quando Sacerdoti erat aliquid agendum, reflectebat, & revolvebat lacinias interiores Casulae super brachia, ut manibus liberis uti posset; & talis forma Casularum adhuc durat apud Graecos. Altera vestis propria Sacerdotum est *Epitrachelium*, idest Stola valde lata; siquidem Sacerdotes Graeci duas adhibent Stolas, seu Oraria: primam, qua etiam Diaconi utuntur, & hanc Presbyteri portant pendentem a collo, solutam, fluitantem, prout faciunt Sacerdotes Latini, dum Vesperas canunt, vel Sacramenta ministrant. Alteram dictam *Epitrachelium*; quae solis Sacerdotibus competit, non etiam Diaconis; &, ut dixi, est majoris latitudinis, & eam Graeci sibi ponunt ad collum, & deinde stringunt ante pectus adinstar Latinorum Sacerdotum celebrantium, ut differit idem Morinus *in d. Adnotationib. num.* 92, *pag.* 193. *Manipulus* est ultima Sacerdotum Graecorum Vestis sacra, & hic est duplex, quia illum deferunt in utroque brachio, dextero, & sinistro, ut advertit Magrius *in Hierolex. Verb. Manipulus*. Sextum genus Vestium sacrarum est Episcoporum, qui praeter praedictas, habent sibi proprias alias duas, *Phenolion*, & *Pallium*. Differt autem Phenolion, seu Casula Episcopalis a Phenolio, seu Casula Presbyterali; haec enim, ut supra diximus, est simplex; illa vero, qua utuntur Episcopi est variis Crucibus insignita; & ideo ab ipsis vocatur *Multicrucium*; & juxta varietatem temporum, vel alba est, vel violacea, aut purpurea, teste eodem Morino *in dict. Adnot. sub num.* 7, *in fin. pag.* 177, *col.* 2. *Pallium* quoque est Episcoporum Graecorum indumentum; sed valde differt a Pallio, quo decorantur a Papa Primates, & Archiepiscopi Latini; nam in Ecclesia Latina Pallium est fascia lanea, duos, aut tres digitos lata, cingens Episcopum per humeros ante, retroque in modum circuli; cui fasciae Cruces quatuor applicantur, una ante pectus, altera retrorsum ex opposito, caeterae super humeros; & signum est Jurisdictionis, Praeeminentiae, & Superioritatis, ut docent Canonistae, & scribentes ad titulum, & Rubricam *de Auctoritate, & Usu pallii*. At Graecorum Antistitum Pallium est fascia longa ejusdem, aut paulo majoris latitudinis, primo collum involvens, deinde a collo per medium pectus descendens usque ad genua, crucibus pluribus intertexta; & ab ipsis Graecis appellatur *Omophorion*. Datur autem in consecratione omnibus Episcopis, & ab iisdem jugiter in ministeriis sacris adhibetur; quia apud illos est signum dignitatis, non autem Jurisdictionis, ut ex testimonio antiquorum Patrum, ac Conciliorum probatur ab ipsomet Morino ubi proxime *num.* 19, *pag.* 180, & a Magrio *Hierolex. Verb. Pallium*, ubi plurimas de hoc Sacro indumento eruditiones cumulat. Duos tamen Graecorum abusus notat circa ipsum: Unum videlicet, quod illud sericum faciunt; cum debeat esse laneum, ob mysterium deperditae ovis quam bonus Pastor quaerere, & inventam in humero ad ovile portare debet. Alterum quod Pallium concedunt omnibus Episcopis, etsi antiquitus in ipsa Ecclesia Orientali soli Patriarchae, & Metropolitae eo ornabantur a Romanis Pontificibus, ut ostendit ibidem Magrius, & narrat

ftat, quod a Concilio Carthaginensi IV (*f*), traditum illis est, videlicet ut Ecclesiæ lumina accendant, aquam & vinum in Sacro convivio ministrent. Quamobrem hæc nunc Romani Pontificalis formula Acolythos tenet: *Accipite Ceroferarium cum cereo, & sciatis vos ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari in nomine Domini. Amen. Accipite Urceolum ad suggerendum vinum in Eucharistiam Sanguinis Christi in nomine Domini. Amen.*

QU.

rat Eminent. Card. Baronius *Anno* 535, *num.* 55, & *seq.* & iterum *Anno* 934, *num.* 1. Ultimum genus vestis Sacræ erat *Maphorium*, velum scilicet Virginum Deo dedicatarum; quo caput suum ornabant, dimittentes illud pendens aliquantulum super humeros, ut faciunt etiam nostris temporibus Moniales, quando diebus festis procedunt ad chorum; & de eo agit S. Athanasius in libello *De Virginitate* paulo ante medium, jubens illud esse sine fimbriis, aut villis; & erat ornamentum Diaconissarum, subtus quod portabunt Stolam Diaconalem ab utraque colli parte pendentem, cujus extremitates ambæ exterius conspiciebantur ad tradita per eumdem Morinum.

De Vestibus, quæ a latinis inter Missarum solemnia adhibentur Vide Benedictum XIV De Sacrificio Missæ Lib. I, cap. VII, & VIII.

(*f*) Concil. Carth. IV, can. VI, Tom. II Concil. pag. 1200. Acolythus, cum ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: Sed ab Archidiacono accipiat Ceroferarium cum Cereo, ut sciat, se ad accendenda luminaria mancipari. Accipiat & Urceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam Sanguinis Christi.

QU. IX.

Quænam est Custodis dignitas, & officium?

§. I. Acolythi principem sui ordinis habent *Custodem*, non secus ac Presbyteri *Archipresbyterum*, Diaconi *Archidiaconum*, Subdiaconi *Thesaurarium*, sive *Sacristam*. Quemadmodum vero Acolythorum munus in eo situm est, ut lumina accendant, ac cereos ferant, ita *Custodis* est Acolythis præesse, luminarium ac cereorum curam gerere. Cap. fin. h. t.

§. II. Adversus Ecclesiarum luminaria clamores suos tollunt Lutherani, & Calvinistæ, eaque ab suis Ecclesiis exulare jubent; nobisque, qui iis utimur ad divinum cultum, superstitionis notam inurunt. Fatentur illi quidem, primitivorum Christianorum Ecclesias lampadibus cereisque facibus inter divina Mysteria luxisse, sed non ad colendum Deum haud lucis nostræ indigum, at ad noctis tenebras disjiciendas id factum esse; nec nisi noctu primis Ecclesiæ sæculis Christianorum sacra celebrata fuisse, (Joachim. Hildebrand. in Op. *Sacra publica Veteris Ecclesiæ in compendium redacta*, edit. an. 1702, Amstelod.)

At cum Christianæ preces publica libertate, meridianaque luce frui cœperunt, cur lampadum, ac cerearum facum numerus auctus? Cur sæculo IV. S. Paulinus hæc carmina cecinit?

Clara coronantur densis altaria lychnis,
Lumina ceratis adolentur odore papyris,
Nocte dieque micant. Sic nox, splendorque diei
Fulget & ipsa dies Cœlesti illustris honore
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis. Nat. III.

Cur Sæculo V Venantius Fortunatus hos elegos fudit?

Undique rapta manu lux cerea provocat astra,
Credas ut stellis ire trahendo comas.
Lacteus hinc vestri color est, hinc lampade fulgor
Ducitur, & vario lumine picta dies.

Cur omnes omnium temporum, omnium gentium, omnium terrarum Ecclesiæ diurnum cereorum, ac luminum usum retinuerunt? Cur ex omnibus Christianis quotquot uspiam, aut unquam fuerunt, soli Protestantes post mille sexcentosque annos divinum cultum luminibus facibusque spoliarunt? Cur non idem ausi Ariani, Nestoriani, Eutychiani, Photiani? Cur adhuc in Maronitarum, ac Jacobitarum Ecclesiis funalia splendent, lychnique dependent laquearibus aureis? Nonne hæc diversarum, tamque longo terrarum intervallo dissitarum Ecclesiarum summa hac de re consensio fateri nos cogit, morem Divinum Numen luminibus adolendi ab ipso Apostolorum instituto

profectum (a) esse? Jure igitur, ac merito Tridentini Patres sess. XXII, cap. V, de Sacrif. Missæ: *Cumque natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli; propterea pia Mater Ecclesia ritus quosdam, & cerimonias adhibuit, ut misticas benedictiones, LUMINA, THYMIAMATA, vestes, aliaque id genus multa ex APOSTOLICA DISCIPLINA, ET TRADITIONE, quo & majestas tanti sacrificii commendaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia Religionis, ac pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.*

§. III. Sed aliud infensissimum hostium genus nostra tulit ætas, quod sacris Candelabris acerrimum bellum minitatur. Hi sunt, qui Philosophi dicuntur, quique omnis divinæ humanæque Religionis expertes pro more habent, institutoque omnem Religionem ex omnium animis delendi. Horum nonnulli nuperis annis ad calculos revocarunt vim thuris, olei, ceræ, quam singulis annis in cunctis Galliarum Ecclesiis divinus cultus sibi deposcit, eamque quadragies centenis nummorum millibus æstimarunt. Hoc satis illis fuit, ut totam hanc divini cultus partem tollendam esse existimarint. Ita si est, de omni publico cultu actum est. Nam nullus sacer ritus est, nulla religionis cærimonia, quæ non majore constet impendio. At hi tam callidi publicarum rationum æstimatores, cur non & numerum ineunt pecuniarum, quas

(a) Natal. Alex. De Sacram. Eucharist. Lib. II, cap. VII, art. II, §. 2, Tom. I, pag. 846. Antiquum esse in Ecclesia Cereorum usum, Sacrificii, & Divinorum Officiorum tempore, constat ex *S. Athanasio*, in Epistola *Ad Orthodoxos*, de Arianorum persecutione, qui Ethnicos ab illis in Ecclesiam introductos conqueritur, qui Candelabra deposuerunt, & cereos Idolis accenderunt. Et ex *S. Hieronymo* testatur: *Per totas* (inquit) *Orientis Ecclesias, quando legendum est Evangelium, accenduntur luminaria, jam Sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Unde & Virgines illæ Evangelicæ semper habent accensas lampades suas: & ad Apostolos dicitur: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: & de Jo. Baptista: ILLE erat lucerna ardens, & lucens; ut sub typo luminis corporalis lux illa ostendatur, de qua in Psalterio legimus: LUCERNA pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Idem testatur *Prudentius* in Hymno *S. Laurentii*, & *Paulinus* in Natali III *S. Felicis*. De hoc denique ritu *Micrologus*, c. XI, ita scribit: *Juxta Romanum Ordinem nunquam Missam absque lumine celebramus; non utique ad depellendas tenebras, cum sit clara dies, sed potius in typum illius Luminis, cujus Sacramenta ibi conficimus, sine quo & in Meridie palpamus, sicut in nocte.* Morem illum non reprehendit *Lactantius* Lib. VI *Divinarum Institutionum*, cap. 11: sed Ethnicorum superstitionem, qui lumina Deo accendebant tamquam in tenebris degenti, & luce indigenti. *Mactant igitur* (inquit) *opimas, ac pingues Hostias Deo quasi esurienti, profundunt vina tamquam sitienti, accendunt lumina velut in tenebris agenti ... Num igitur mentis suæ compos putandus est, qui Auctori, & datori luminis, candelarum, ac cereorum lumen offert pro munere? Aliud vero ille a nobis exigit lumen, mentis scilicet, quod exhibere non potest, nisi qui Deum agnoverit. Illorum autem Dii, quia terreni sunt, egent luminibus, ne in tenebris sint.*

Hac

quas spectacula, choreæ, ludi, theatra hauriunt, devorant, exsorbent? Tanto ne igitur cum impendio vitiorum scholæ alendæ, virtutis autem schola, quia non sine aliqua impensa haberi potest, diruenda, evertenda, destruenda? Hæccine sunt illa oracula, quæ nostrorum temporum fundunt Philosophi? Platonem olim dicere solitum ferunt, tum demum Respublicas beatas fore, cum eas aut Philosophi regerent, aut qui regerent, philosopharentur. Vere ne an secus ab illo de suis Philosophis dictum id fuerit, viderint alii. Ego certe de nostris Philosophis id dicere mihi posse videor, eas Respublicas miseras esse, quas aut hi Philosophi regunt, aut qui eas regunt, ita philosophantur.

QU.

Hac de re legendi sunt Bellarminus l. 2 de Missa cap. 14, Cardin. Bona l. 1 Rer. liturg. cap. 25, n. 7, Merselius in summa Christiana part. III, Qu. 41; §. *Cæterum cereorum usum*, Le Brun Tom. I, pag. 66, & seq. Pouget Institut. Catholicar. Tom. II; pag. 711, seq. Boucat Theolog. Patr. Tom. V, Diss. II, §. 4, Luciorensis Tom. V; pag. 547, & seq.

QU. X.

Quodnam est Exorcistarum munus? (*a*)

§. I. PRima Exorcistarum mentio occurrit in Epistola Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum, ejusque munus describitur a Concilio Carthaginensi IV, can. VII, hisce verbis: *Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum sive baptizatum, sive Catechumenum*: Et Divus Paulinus in Natali S. Felicis, Exorcistæ officium hisce expressit versibus:

. . . . . Primis Lector servivit in annis,
Inde gradum cœpit, cui munus voce fideli
Adjurare malos, & sacris pellere verbis.

§. II. Hæc fera Exorcistarum comme-

(a) Selvag. Antiq. Christ. Lib. I, Part. II, cap. III, pag. 245. Potestatem exorcizandi, seu ejiciendi Dæmones ad tertium usque Sæculum donum fuisse Spiritus Sancti, non Clericis, aut uni cuidam eorum ordini peculiare, sed laicis etiam Christianis commune, perinde atque alia extraordinaria Spiritus S. dona, perspicua evincunt Origenis, Justini, Arnobii, Minucii, aliorumque veterum Patrum testimonia. Non abnuerim vero in animum inducere speciali quadam ratione Episcopis, ac Presbyteris tantum Spiritus Sancti donum fuisse a Deo collatum, eosdemque frequentius in Ecclesia exorcizandi facultatem exercuisse. Quod quidem erui posse quibusdam videtur ex Cypriani, Tertulliani, & Firmiliani verbis. Cyprianus eniin Epist. LXXV, al. LXXIX, scribit: *Quod hodie etiam geritur, ut per Exorcistas voce humana, & potestate divina flagelletur, & uratur, & torqueatur Diabolus*. Tum Tertullianus *de Spectaculis Cap. XXVI*, de Christiana quadam femina a dæmone obsessa loquens: *Theatrum*, inquit, *adiit, & inde cum Dæmonio rediit. Itaque in exorcismo quum oneraretur immundus spiritus, quod ausus esset fidelem adgredi: Constanter, & justissime quidem* (inquit) *fieri, in meo enim inveni*. Demum Firmilianus *Epist. LXXV*, inter Cyprianicas: *Unus de Exorcistis . . . erexit se contra spiritum illum nequam revincendum . . . Tamem ille Exorcista inspiratus Dei gratia fortiter restitit, & esse illum nequissimum spiritum, qui prius sanctus putabatur, ostendit*. Hæc sane monumenta licet manifesto non evincant jam tum *Exorcistas* distinctum inter Clericos ordinem in Ecclesia constituisse, non obscure tamen indicant; Clericos potissimum eo tunc munere fuisse functos.

Verum quum extraordinaria exorcizandi potestas sublata est, tum demum Exorcistarum Ordo introductus est; & quidem gradatim, nec eodem tempore in omnibus Ecclesiis. Cornelius enim in sæpius *laudata Epist. ad Fabium* inter inferiores Romanæ Ecclesiæ Ordines *Exorcistas* iecenset; attamen Auctor Constitutionum *Lib. VIII*, Cap. 26, ipsos non peculiarem Ecclesiasticum Ordinem constituere, fe i Deum exorcizandi donum, cui ui velit, largiri scribit. Illud cer-

memoratio plurimos de Protestantium grege in eam opinionem adduxit, ut putarint, Exorcismos tertio demum sæculo ortos esse, eosque ex Platonicorum spatiis exiisse. (Moshem. Histor. Eccles. Sæcul. III, Part. II, cap. IV, §. 4, Differt. de turbata per recent. Platon. Eccl. §. 10.) Tertio sæculo Minoribus Clericis, quos Exorcistas vocarunt, factam fuisse potestatem fugandorum Dæmonum, ut palam fieret, quam spernenda esset omnis Dæmonum vis, haud gravate concedam: verum exorcizandi morem tertio tantum sæculo principium habuisse, idque ex Platonis schola, quis hoc tibi dabit, nisi qui Sacras litteras omnes ejurarit? Nonne Christus Dei Filius Luc. IX, 1, *convocatis duodecim Apostolis dedit illis virtutem, & potestatem super omnia demonia, & ut languores curarent?* Nonne Luc. XIII, 13, Christus ipse Dominus *imposuit manus mulieri, quæ habebat Spiritum infirmitatis annis decem & octo?* Non igitur tertio sæculo, sed inter Ecclesiæ primordia, non a Platonicis invecti, sed a Christo instituti fuerunt Exorcismi. Nec ii cum suo Institutore, ejusque discipulis interciderunt, sed in perpetuo Ecclesiæ usu sunt immorati. (Esprit de Leibnitz Tom. II, pag. 32.)

§. III. Nostri Philosophi, qui Religionem omnem sibi pro deridiculo, ac delectamento putant, totam exorcismorum rationem irrident, multaque sanna illos perspergunt, qui ad tempestates sedandas, ad noxia animantia exterminanda, ad melancholicos motus compescendos sacris utun-

certum est, ab ineunte Sæculo quarto exorcizandi facultatem peculiari in Ecclesia ordini tum apud Græcos, tum apud Latinos fuisse adscriptam; uti ex Synodis Antiocheno, & Laodiceno, & ex Epiphanio, Paulino, Sulpitio Severo, & ex quibusdam Gratiani, & Theodosi Rescriptis colligere est. (Concil. Antioch. Can. X.)

Exorcistarum Ordinatio, & Officium a Concilio Carthaginensi IV, *Can. VII*, sic describitur: *Exorcista quum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum sive baptizatum, sive catechumenum.* Præcipue igitur ἐνεργουμένων, sive hominum, quorum corpora a maligno spiritu oppressa possidentur, Exorcistis cura dabatur. Quamvis enim pro his in omnibus Ecclesiasticis conventibus, preces Deo funderentur; tamen Exorcistarum erat aliis temporibus, ubi nullus in templis conventus erat, impositis manibus pro eis precari; tum eosdem innocuis quibusdam occupationibus, uti e. g. verrendis Templis, aliisque similibus distinere, & quotidianum ipsis victum procurare, ubi Domo Dei adsiderent (Concil. Carthag. IV, *Can. XC.*); quæ fortassis caussa fuit, cur habitationis quoque locus ipsis præberetur, uti indicare videtur Synodi Carthag. IV, *Canon. XCII.*

Num Exorcistarum quoque munus fuerit Catechumenos ante Baptismum exorcismis adjurare, quæstio est inter eruditos. Valesius Not. in Eusebium *de Martyr. Palæst. Cap. II*, & Gothofredus Not. in Codic. Theodos. *Lib. XVI, Tit. II, Leg.* 24, istunc quoque functionem Exorcistis tribuunt; quam duplici tantum in casu ipsis adsignat Binghamus Lib. III, Cap. IV, §. 8, nimirum vel ubi Catechumenus esset etiam energumenus, vel ubi Exorcista Catechista quoque esset. Et sane Catechistæ munus modo Presbyteri, modo Diaconi, aliive inferiores Clerici obibant, ceu illud, quod ab Exorcistarum officio omnino erat diversum.

utuntur execrationibus; perinde ac si hæc Dæmonis vi, non naturæ legibus evenirent. Hæc omnia superstitionum plena esse, neque in hoc tantæ lucis sæculo esse ferenda. Populum igitur non Theologorum ineptiis, sed Philosophorum doctrinis esse imbuendum, docendumque, hæc omnia, quæ sacris execrationibus, detestationibusque perstringi solent, non a malo aliquo Dæmone, sed a causis physicis necessario oriri.

Haud equidem negaverim, hæc ab ipsa natura causam persæpe habere, atque, etiamsi præter consuetudinem accidunt, præter naturam tamen non existere, sed illud etiam, nisi velimus S. litterarum auctoritati fidem omnem denegare, concedamus oportet, hæc aliquando a vi superiore progigni. Optandum sane esset, ut cunctæ populorum superstitiones elidi, evellique possent, sed timendum maxime, ne dum a minimis etiam, quibus homines urgentur, conflictanturque, eos avocare velimus, in alterum, videlicet impietatis, scopulum incurrant. Quid autem facilius, quam, si populus a nostris Philosophis doceatur, omnes omnino res necessario oriri debere, illum statim credere, Deum nullam habere rerum humanarum procurationem, ac in Epicuri intermundiis securum ævum degere? Ita, metu divini numinis projecto, omnia impiis illis Maronis vocibus personabunt:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes, & inextricabile fatum
Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari.

QU. XI.

QU. XI.

Exorcistæ ullum ne habent sui Ordinis principem?

§. I. EXorcizandi potestas Apostolis primum divinitus tradita fuit. *Convocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia*. Lucæ IX, 1. Hæc Sparta una cum baptizandi (*a*) provincia ab Apostolis initio rerum Christianarum cum iis omnibus, qui Christiano nomine censi erant, communicata fuit (*b*).

§. II. Re Christiana aucta, amplificataque, Ecclesiisque passim institutis, ac bono Ministrorum numero instructis, ab hisce muneribus, nisi summa instaret necessitas, Laici omnes prohibiti, unique Episcopi, ac Pres-

(a) Encyclop. Theol. V. *Exorcismes*. Il est certain que dans l'origine les *exorcismes* du Baptême furent instituës pour les adultes qui avojent vécu dans le Paganisme, qui avojent été souillés par des consécrations, des invocations, des sacrifices offerts aux Démons. On les conserva néanmoins pour les enfans, parce que ce rit étoit un témoignage de la croyance du péché originel, & parce qu'il avoit pour objet non seulement de chasser le Démon, mais de lui ôter tout pouvoir sur les baptisés. C'est pour cela qu'on les fait encore sur les enfans qui ont été ondoyés ou baptises sans cérémonie dans le cas de nécessité. C'est d'ailleurs une leçon qui apprend aux Chrétiens qu'ils doivent avoir horreur de tout commerce, de tout pacte direct ou indirect avec le Démon, qu'ils ne doivent donner aucune confiance aux impostures & au vaines promesses des prétendus Sorciers, Devins ou Magiciens; & cette précaution n'a été que trop necessaire dans tous les temps. Si le Clerc avoit fait ces réflexions, il n'auroit pas blâmé avec tant d'aigreur les *exorcismes* du Baptême. *Hist. Ecclés.* an. 65, §. 8, n. 6, & 7.

S. Hilarius in Comm. ad Ephes. IV. *Ut ergo cresceret plebs, omnibus initio concessum est & evangelizare &c.*

(b) Justin. Apol. I, pag. 45. Complures dæmonum imperiis correptos homines per orbem omnem & hanc vestram urbem, quos alii adjuratores & incantatores & venefici vestri curare non potuerunt, permulti hominum nostrorum, christianorum inquam, per nomen Jesu Christi, sub Pontio Pilato crucifixi, adjurantes sanarunt, atque etiam nunc sanant exarmantes atque exigentes ab hominibus, qui illos obsederunt, dæmones.

Minuc. Octav. p. 83, cap. XXVII, n. 6, p. 103, edit. Hall. Hæc omnia sciunt plerique vestrum, ipsos dæmones de semet ipsis confiteri, quoties a nobis & tormentis verborum & orationis incendiis de corporibus exiguntur.

Arnob. cont. gent. Lib. I, pag. 18, edit. Hamburg. MDCX. Quid? quod istas virtutes, quæ sunt a nobis summatim non (ut rei poscebat magnitudo) depromtæ, non tantum ipse perfecit vi sua, verum (quod erat sublimius) multos alios experiri & facere sui nominis cum adfectione permisit. Nam cum videret (Christus) futuros vos esse gestarum ab se rerum, diviniqu e operis abrogatores, ne qua subesset suspicio, magicis se artibus munera illa beneficiaque largitum, ex immensa illa populi multitudine, quæ

Presbyteri suas hasce partes sustinuerunt (c).

§. III. Sæculo III senescente (d), Clericorum ordo institutus (e), qui Da-

quæ suam gratiam sectabantur admirans, piscatores, opifices, rusticanos atque id genus delegit imperitorum, qui per varias gentes missi, cuncta illa miracula sine ullis fucis atque adminiculis perpetrarent. Verbo ille compescuit verminantium membrorum cruces, & illi verbo compescuerunt furialium vermina passionum. Imperio *ille* uno *exturbavit a corporibus dæmones* & exanimaris suos restituit sensus: sub eorum portantes *& illi se* casibus, *jussione non alia sanitati & constantiæ reddiderunt*.

(c) S. Hilarius loc. cit. At ubi omnia loca complexa est Ecclesia, conventus constituti sunt, & Rectores, & cætera officia in Ecclesiis sunt ordinata, ut nullus de Clero auderet, qui ordinatus non esset, præsumere officium, quod sciret non sibi creditum, vel concessum; & cœpit alio ordine, & providentia gubernari Ecclesia; quia si omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris, & vilissima videretur. Hinc ergo est, unde nunc neque Diaconi in populo prædicant, nec Clerici, vel Laici baptizant.

Morinus de Sacram. Pœnitentiæ Lib. VI, cap. 7. In primitiva Ecclesia modus solemnis adjurandi Energumenos erat intra Missarum solemnia: post dimissos publicos pœnitentes, nec non Catechumenos, completa recitatione Evangelii, ac prædicatione, vocabantur in medium Templi qui erant Energumeni; hisque in genua positis, Diaconus monebat populum, ut Deum pro eorum liberatione rogaret, & subinde Episcopus, seu Sacerdos solemniter celebrans nonnullas recitabat super eis publicas preces, Divinam excitando potentiam, ut hostem humani generis ab obsessis illis dignaretur expellere.

In vita S. Martini Episcopi scribit Sulpitius Severus *Dialog.* 3, quod sæpe sanctus Vir Energumenos in Ecclesia exorcizabat, sed sub hac forma: *foribus obseratis in medio Ecclesiæ, cilicio circumtectus, cinere aspersus, & solo stratus orans*. De S. Augustino narrat Possidius, in ejus vita; *vidisse illum pro quibusdam Energumenis patientibus, ut oraret rogatum in oratione lacrymas fundentem, Deum rogasse, & Dæmones ab hominibus recessisse*. Idem de S. Ambrosio scribit Paulinus in ejus vita, dicens, *Multos etiam diebus ipsis, imponente illo manus, & imperante, a Spiritibus immundis vidimus esse purgatos*.

(d) Selvagius Antiquit. Christianar. Lib.I, Part.II, Cap.III, §. 13, pag. 245. Illud certum est, ab ineunte Sæculo quarto exorcizandi facultatem peculiari in Ecclesia ordini tum apud Græcos, cum apud Latinos fuisse adscriptam, uti ex Synodis Antiocheno, & Laodiceno, & ex Epiphanio, Paulino, Sulpitio Severo, & ex quibusdam Gratiani, & Theodosii Rescriptis colligere est.

Vid. Balsam. in Can. 26 Synod. Laodicen. Ambian. ad Tertullian in Apolog. cap. 23, ad finem, Pamel. ad Epistol. 26 D. Cyprian. Espenc. ad D. Paulum lib. 1, Digress. cap. 9, Lindebrog. Verb. *Exorcista*, qui *de his Exorcistis accipiunt Textum* in L. 1, §. *Medicos*, *de Var. Extraordin. Cognit.*

(e) Quamvis ex D. Thoma colligi posse videatur, in Diaconatu omnes inferiores Ordines contineri, tamen ad Exorcistatum quod attinet, contrariam sententiam tueri videtur Benedict. XIV Const. LVII, Tom. I Bullar. §. 7, n. 6, pag. 79, ubi hæc habet: Episcopi Græci in Ordinibus conferendis ritum proprium Græcum in Euchologio descriptum servent, in quo, etsi nonnulli de Minoribus Ordinibus prætermissi videantur, eos tamen vel nunquam habuisse, vel eorum exercitium aliis Ordinibus esse adnexum iidem Græci affirmant. Inde tamen dubitationes quandoque oriri solent, quinam nimirum Ordines supplendi sint ab eo, qui primum ritu Græco aliquibus Ordinibus fuit initiatus, deinde ritu Latino ad reliquos est promovendos. Quas controversias, ut de medio penitus tollamus, certamque tradamus regulam in posterum servandam, ita decernimus: si quis ritu Græco Clericus, & Lector tantum fuit initiatus, atque ex benignitate Sedis Apostolicæ obtinuit,

Dæmones adjurarent, qui ab exorcismis, quibus ad fugandos Dæmones utebantur, *Exorcistarum* nomen traxerunt. Horum meminere Cornelius Papæ apud Eusebium Lib. VI, cap. XXV, Auctor Constitut. Apostolic. Lib. VIII, cap. XXXVI, Concil. Antioch. can. X, Tom. I Concil. pag. 565, Concil. Laodicæn. can. XXIV, Tom. I, pag. 1502.

§. IV. Quamdiu in Exorcistarum album relati fuere viri natu grandiores (*f*), summa prudentia, ac sapientia clari, tamdiu Exorcizandi munus Exorcistarum Ordini relictum, sed postquam adolescentuli ac pene pueri, nulla doctrina imbuti, nullaque experientia edocti Exorcistatus ordine initiari cœperunt, tum exorcizandi libertas illis adempta, totaque Episcopis Presbyterisque restituta (*g*).

§. V. Cum igitur Exorcistæ ab omni exorcizandi munere & officio vacent, idque jam a primis sui ortus Sæculis, mirum videri non debet, si nullum habent sui ordinis principem, qui eorum muneri, & officio præsit. Quinimmo Græci non solum illis omne exorcizandi officium abrogarunt, sed Exorcistatum etiam Ordinem ab suis Ecclesiis expulerunt (*h*).

QU.

---

nuit, ut Majores Ordines latinis cærimoniis sibi conferantur, is antequam subdiaconus ordinetur, tres minores Ordines omissos debet ritu Latino suscipere. Si vero, præter Lectoris Ordinem, ad Subdiaconatum etiam Græco ritu ascendit, & ex dispensatione itidem Apostolica facultas sibi facta sit, cæteros Ordines ritu Latino suscipiendi, antequam inter Diaconos coopretur, ex minoribus Ordinibus *Exorcistatum tantummodo supplere cogitur*; cum per Subdiaconatum Græco ritu collatum, Acolytharum, & Ostiariatum recepisse censeatur. Idem dicendum de eo, qui una cum reliquis inferioribus Ordinibus, Diaconatum, aut etiam Presbyteratum Græce suscepit, & Latino postea ritu ad Sacrum Presbreratus respective Ordinem, aut Episcopatum promovendus sit, ex Apostolica concessione: nimirum *Exorcistatus Ordinem* in ipso, antaquam Presbyter ordinetur, aut Episcopus consecretur, *esse supplendum*.

(*f*) Hallier de Sacr. Elect. & Ordinat. part. III, Sect. VII, cap. 1. Exorcistæ nequaquam Ecclesiæ utiles esse poterant, aut officio suo idonei, nisi provectioris ætatis. Neque enim Pueri vel Adolescentes idonei videbantur, qui Dæmones adjurarent, Energumenos custodirent, alerent, eisque manus imponerent.

Mutata hac disciplina, Exorcistarum munus commissum fuit Sacerdotibus.

(*g*) Fleuryus Instit. J. E. Part. I, cap. VI, §. 3. Exorcistarum munere hodie funguntur Presbyteri, idque non nisi speciali mandato Episcopi, quia raro dantur Energumeni, & prudentia opus est, cum nonnunquam imposturis ludere soleant homines.

(*h*) Fuit in usu officium Exorcistarum etiam in Ecclesia Græca, nam in Euchologiis Græcis est Consequentia, seu Ordo ad Consolationem infirmorum agitatorum a spiritibus immundis, & molestiam afferentibus, in quo habentur variæ Preces, Psalmi, Cantus, & Exorcismi, quos partim tribuunt Magno Basilio, partim Chrysostomo, ut ait Morinus *in cit. cap. 7, num.* 10, subdens, quod etiam soliti fuerunt Græci Oleo Benedicto Energumenos inungere; & quod hoc ministerum a solis Presbyteris exercebatur, ideo omiserunt ordinare Exorcistas. De eodem usu Græcorum in Exorcizandis obsessis a Diabolo locuti sunt Trullani Patres, qui paulo post *Annum* 700 decreverunt *in cap.* 60: *Eum, qui se Energumenum simulaverit, iisdem afflictionibus, laboribusque subjici, quibus ii, qui vere a Dæmone correpti sunt, ut Dæmonis operatione liberentur*. Hæc omnia Morinus de Sacram. Pœnit. Lib. VII, cap. 7, num. 10.

QU. XII.

Quamnam Diaconalis muneris functionem imponis Lectoribus?

§. I. EX omnibus Ordinibus, qui e Diaconatu educti sunt, quique minores vocantur, nullus, mea quidem sententia, est, qui ad Apostolorum tempora propius accedat, quam Lectoratus. Neque vero in Cotelerii sententiam concedere possum, qui ante Tertullianum nullam *Lectorum* (*a*) mentionem factam fuisse censet. Nam quinquaginta antea annos illorum meminerat S. Justinus Martyr. *Solis qui dicitur die, omnium sive Urbes, sive agros incolentium, in eundem locum fit conventus, & Commentaria Apostolorum, aut Scripta Prophetarum leguntur. Deinde ubi LECTOR desiit.* Apol. 2. Neque hic *Lector* unus aliquis ex Diaconis, uti suspicatur Cardinalis Bona Rer. Liturg. Lib. I, cap. XXV, num. 17. Eum enim *Diaconi* nomine appellasset S. Martyr, uti paulo post *Diaconorum* nomine appellat eos, qui ad Eucharistiam absentibus ferendam mittebantur: *Eorum in quibus gratiæ actæ sunt, distributio fit, & absentibus mittitur per DIACONOS.* Ii igitur, quibus lectionis munus mandabatur, alii erant ac Diaconi, atque alius erat *Lectorum* Ordo, alius *Diaconorum*.

§. II. Quod si quæris, quænam iis legenda traderentur, ex iisdem Justini verbis discimus, totam illarum scripturarum partem, quæ ad Missam Catechumenorum pertinebant, prioribus illis sæculis*, antequam Psaltæ instituerentur, a Lectoribus fuisse recitatam. *Ubi LECTOR desiit, is qui præest, admonitionem, & adhortationem ad res tam præclaras imitandas suscipit.* Quæ igitur ante Concionem, cui & Cathecumeni intererant, psalmorum, scripturarumque lectiones habebantur, eæ per delectos ex Lectorum ordine Clericos recitabantur (*b*). Hæc porro inter Christianarum re-

(a) Coteler. in Not. ad Constit. Apost. Lib. II, cap. XXV. Primus, quod ego sciam, Lectores nominat Tertull. Lib. de Præscript. hæret. cap. XLI.

Encycl. Theolog. V. *Lecteur*. La plus part des Savans pensent, que la fonction des *Lecteurs* n'a été établie qu'au troisieme siecle, & que Tertullien est le premier qui en ait parlé. Pour prouver que cet Ordre est plus ancien, le Pere Ménard a cité la lettre de S. Ignace aux fideles d'Antioche, c. 12. Mais cette lettre est supposé. La fonction des *Lecteur* a toujours été nécessaire dans l'Eglise, puisque l'on y a toujours lu les Ecritures de l'ancien & du nouveau Testament, soit à la Messe, soit à l'office de la nuit. On y lisoit aussi les actes de Martyrs, les lettres des autres Evèques, ensuite les homélies des Peres, comme on le fait encor.

(b) Thomasius in Præfat ad Roman. Antiphonar. Præcentor psalmi Responsorii erat

rerum primordia erat psallendi ratio. *Lector* singulos psalmorum versiculos recitabat, chorus eosdem versiculos canendo repetebat (*c*). Neque aliter fieri poterat primis illis temporibus, quibus sacrarum Scripturarum libri perrari admodum erant, nec quisquam Psalmos, sacrasque scripturas memoria tenebat. Aliquando is etiam ritus servatus, ut Lector psalmos continenti lectione recitaret, atque ad singulorum psalmorum recitationem populus responderet *Amen*. Ad hunc ritum respexisse videtur S. Justinus, ubi *Lectoris* officia describit.

§. III. Enimverò Lectorum munus in eo situm fuisse, ut sacras Scripturas è suggesto (*d*) prælegerent, declarant ex ipsæ Cærimoniæ, quibus adhuc utuntur Episcopi, cum Lectores ordinant. Habe illas ex Concil. Carthag. IV, Can. VIII. *Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans ejus fidem, vitam & ingenium. Post hæc, spectante plebe, tradat ei sacrum Codicem dicens: Accipe, & esto Lector verbi Dei, habiturus, si fideliter, & utiliter impleveris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministraverunt.*

§. IV. Hinc Lectores Sacrarum lit-te-

erat ex Ordine Lectorum. Passim occurrunt testimonia, nisi quis malit Lectorem in iis tantummodo appellari, qui ex codice legeret, non qui ex Ordine Lectorum esset. Attamen cum antiquior disciplina diligentius singula singulis Clericorum ordinibus describeret officia, nominumque item discrimina tenacius teneret, simpliciter accipiendum putaverim pro Clerico in gradu Lectoratus; quem Patres simpliciter nuncupant *Lectorem*. Subibant aliquando & Diaconi hoc Præcentoris munus.... Sed fortasse id agebant Diaconi, cum alii inferiores aberant Clerici,

(c) Martene de antiq. Eccl. rit. Lib. IV. cap. III, pag. 7. Responsorius cum cantore, cum lectore singulos singillarim psalmi versiculos legente, eosdem versiculos respondebat seu repetebat. (Responsoria enim, ut ait Sanctus Isidorus lib. I de divinis officii cap. 8, vocata sunt hoc nomine, quod uno cantante, chorus consonando respondet) Qui ritus ab ipso Evangelii exordio in Christianis conventibus videtur suisse statim admissus, utpote promptus ac facilis, quo posset etiam imperita plebs psalmos concinere, quos neque memoria, neque scripto tenebat. Id sane clarum est ex Eusebii libro 2 historiæ Ecclesiasticæ cap. 17, interpretante Rufino, ubi referens ea quæ de Essenis tradit Philo Judæus, sic tandem concludit: *Quæ omnia supradictus vir eodem ordine, eademque consequentia, qua apud nos geruntur, expressit, & ut unus ex omnibus consurgens in medio psalmum honestis modulis concinat, utque præcinenti ei unum versiculum omnis multitudo respondeat.*

(d) Selvag. Instit. Canon. Lib. I, tit. XXIII, §. 9, pag. 340. Præcipuum Lectorum munus est Sacras Scripturas legere ex suggesto, sive pulpito: indicat is *Can. I, Dist. 2*, & I, Dist. 21. Unde *super pulpitum imponi*, & *ad pulpitum venire* formulæ sunt quibus haud raro utitur Cyprianus ad indicandum Lectoris officium, *Ep. XXXIII*. Tum Sozomenus *Lib. IX*, *cap. 2*, Ambonem, seu Suggestum *Tribunal lectorum* vocat. Qua de re in Lectoris ordinatione ea servatur cærimonia; scilicet ut Episcopus sacra Biblia manibus ejus tradat, eumque his verbis alloquatur: *Accipe, esto zelator verbi Dei, habiturus, si fideliter, & utiliter officium impleveris, partem cum eis, qui verbum Dei ministraverint*. At contra in Ecclesia Græca Lectoratus ordo per manuum impositionem confertur.

Jam vero Lectorum plura, quam hodie, olim munia fuerunt: enimvero Evangelii partem ab Episcopo explicandam populo legebant, panem novolque fructus benedicebant &c, adhæc hodiedum in Ecclesia Græ-ca

terarum Codices domi tenebant septos diligentissima custodia, nec vulgi manibus versari, aut contrectari eos sinebant. Itaque cum Ethnici sacris Scripturis exitium, flammasque parantes, eas apud Episcopos conquirebant, hoc responsum ferebant: *Scripturas Lectores habent.* (*e*) (Baron. ad an. 303, num. 7, 12, 13, Tom. III, pag. 339, seq.) Ex hisce unusquisque facile intelligit, quam plenæ futilitatis, levitatisque sint illorum voces, qui, ut suis vernaculis Bibliis præsidium quærant, sacrarum litterarum libros, primis Ecclesiæ temporibus etiam in rudis plebeculæ manibus fuisse prædicant.

QU. XIII.

---

ca latius eorum munia patent, quam in Latina; pleraque enim aliorum ordinum ministeria ipsis etiam sunt communia. Id quod inde originem habet, quod, ex minoribus ordinibus nonnisi unus apud Græcos obtineat Lectoratus.

(e) In vita S. Saturnini Lectoris, ac Martyris, de quo *in Martyrolog. Rom. de 11 Februar.* & apud Episcopum Sarnellium *in Speculo Cleri Sacul. p.* 1, *pag.* 116, legitur, tempore Diocleriani, ac Maximini Imperatorum carceratum fuisse, & a Præsidibus præcise requisitum, ut eis Sacros libros traderet: quod cum negasset facere Sanctus Lector, tormentis subjectus fuit, cumque latera ejus, ac pectus ferreis pectinibus tortores crudeliter excarnificarent, ajebat: *Altius fodite hisce pectinibus in pectore meo: intus enim reperietis Sacros libros, quos in visceribus impressos custodio.* Eadem de causa sævo martyrio cruciari fuerunt SS. Fortunatus, & Septimius Lectores, quia Scripturas Sacras, quas custodiebant, prodere iisdem Imperatoribus detrectabant, ut in eorum Actis.

QU. XIII.

Lectores quemnam habent sui Ordinis principem?

§. I. Apud Græcos in prima octavæ Pentadis (*a*) sede invenio *Primicerium Lectorum*. (Vid. sup. Lib. V, qu. XXI, Not. d.) Id me monet, ut suspicer, eos etiam, qui in latinis Ecclesiis vocantur *Primicerii*, hoc nomen ex delato sibi *Lectorum* principatu invenisse. Suspicionem augent Leo Papa in Lib. Ord. Rom. & Isidorus Hispalensis in Epist. ad Luditredum, qui illud negotii dedunt Primiceriis, ut sacrarum lectionum ordinem, ac modum Lectoribus tradant, quæque sacrarum Scripturarum lectionem incipiendi, quæque desinendi sit hora, eos doceant, ac commonefaciant.

§. II. Verum cum horologia (*b*), que

(*a*) In Synodo Antiochena sub Domno mentio fit Archilectorum, cujus acta lecta fuerunt in Synodo Chalcedonensi Act. 10. Ibi semel, atque iterum Isaac Aρχιαναγνώστης legitur. Inferri inde potest, in Orientalium Ecclesiarum nonnullis etiam Lectorum Collegia extitisse, quibus ad explenda adamussim Lectorum munia, quæ plurima apud Græcos erant, unus præficeretur. Hinc mutato nomine emersit fortasse in Ecclesia Constantinopolitana Lectorum Primicerius, cujus meminit Codinus Curopalata.

(*b*) Encyclop. Arts, & metiers Mechaniques V. *Horlogerie*. L'art de mesurer le temps a dû faire l'objet des recherches des hommes dans les siecles les plus reculés, puisque cette connoissance est necessaire pour disposer des momens de la vie: cependant il ne paroit pas que les anciens aient eu aucune connoissance de l'horlogerie, à moins que l'on n'appele de ce nom l'art de tracer les *cadrans solaire*, de faire des *clepsydres ou sabliers*, *des horologes d'eau*, &c.

Il est vraisemblable que les premiers moyens que l'on a mis en usage pour mesurer le temps ont été les révolutions journalieres du soleil; ainsi le temps qui s'écoule depuis le lever jusqu'au coucher du soleil, fit une mesure qui fut appelée un *jour*, & le temps compris depuis le coucher du soleil jusqu'à son lever, fit la *nuit*, mais on dut bientôt s'apercevoir qu'une telle mesure étoit défectueuse, puisque ces sortes de jours étoient plus longs en été qu'en hiver.

Il paroit que l'on se servit ensuite du temps qui s'écoule depuis le point de la plus grande élévation du soleil au dessus de l'horizon (lequel on nomme *midi*), jusqu'a son retour au même point; mais comme les besoins des hommes augmenterent à mesure qu'ils devinrent plus instruits, cela les obligea à avoir des divisions du temps qui fussent plus petites. Ils diviserent donc le temps qui s'écoule entre deux midi, c'est-à-dire, une révolution du soleil, en vingt-quatre parties ou heures: de là l'origine des cadrans solaires, dont les heures sont marquées par des lignes.

Voilà en gros l'origine de la mesure du temps, par le mouvement du soleil: or, on voit que cette maniere étoit sujete à bien des difficultés; car on ne pouvoit savoir l'heure pendant la nuit, ni lorsque le soleil étoit caché par des nuages; c'est ce qui donna lieu à l'invention des clepsydres ou horloges d'eau, &c.

Cet-

quæ rotis constant, quæque sonitu horas indicant, ante sæculum X nondum essent inventa, quæret fortasse quispiam, quæ priscis temporibus esset ratio cognoscendi tempus, quod initium, quodque finem sacræ Synaxi facere deberet. Illud declarabat vel Solis cursus ejusque umbra (c), vel stel-

Cette derniere maniere de mesurer le temps, toute imparfaite qu'elle est, a servi jusqu'à la fin du dixieme siecle, qui est l'époque de l'invention des horloges, dont le mouvement est communiqué par des roues dentées, la vitesse réglée par un balancier, l'impulsion donnée aux roues par un poids, & le temps indiqué sur un cadran divisé en douze parties égales au moyen d'une aiguille portée par l'axe d'une roue; cette aiguille fait un tour en douze heures, c'est-à-dire, deux tours depuis le midi d'un jour au midi suivant.

Lorsque l'on fut ainsi parvenu à avoir de ces horloges, dont les premiers furent placé aux clochers des Eglises, des ouvriers adroits & intelligens enchérirent sur ces découvertes, en ajoutant à côté de ces horloges un rouage, dont l'office est de faire fraper par un marteau sur une cloche les heures indiquées sur le cadran; de sorte qu'au moyen de cette addition, on pouvoit savoir les heures pendant la nuit sans le secours de la lumiere, ce qui devint d'une grande utilité pour les monasteres; car il falloit qu'avant cette invention, les religieux observassent les étoiles pendant la nuit, pour ne pas manquer l'heure du service, ce qui n'étoit pas fort commode pour eux.

Il y a quelques auteurs qui, sur un passage de *Ditmar*, mal interprété, attribuent la premiere invention des horloges à Gerbert, né en Auvergne, d'abord religieux dans l'abbaye de Saint Gérand d'Aurillac, depuis archevêque de Reims, ensuite archevêque de Ravenne, & enfin Pape, sous le nom de Sylvestre II. Ils prétendent qu'en 996 il fit à Magdebourg une horloge fameuse, regardée comme un prodige; mais il n'en reste pas le moindre vestige dans cette ville du nord, ni même aucune tradition reconnue authentique par les historiens de ce pays. On trouve ce fait très savament discuté à la fin du seizieme tome de l'histoire littéraire de France, mise au jour par les PP. Bénédictins, qui concluent que cette prétendue horloge n'étoit qu'un cadran solaire.

(c) Horologii solaris auctorem ferunt Lucium Papirium Censorem, qui illud apposuit Romæ ad ædem Quirini, uti asserit Chassanæus in Catal. Glor. Mundi part. 12, Consid. 43. Plinius discordat in natural. Histor. lib. 2, cap. 76, asserens, *quod Umbrarum rationem, quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus, primusque horologium, quod appellant Sciotericum, Lacedemone ostendit*. Sed uterque fallitur, Plinius scilicet, & Chassanæus; nam in Scriptura Sacra habemus lib. 4 Reg. c. 20, vers. 11, quod, ad certificandum Ezechiam Regem ægrotantem de sanitate, & de prorogatione vitæ, Dominus *reduxit umbram per lineas, quibus jam descenderat in horologio de Achaz retrorsum decem gradibus*. Ergo Achaz Rex Judæ Solarium Horologium habebat, vixit autem Rex iste per annos ducentos circiter ante Anaximenem, ut probat Menochius *in Storeis Centur*. 10, *cap*. 31. Hic autem notet Lector, quod juxta magis communem Doctorum sententiam Lineæ horologii Regis Ezechiæ monstrabant semihoras, non integras horas; quia erant lineæ viginti, nullus autem dies tam longus in Judæa esse poterat, qui haberet ab ortu Solis usque ad occasum horas viginti, sed horas decem, ut differit Tirinus.

At apud Romanos ex eodem Plinio lib. 8, c. 60, tardius introductus fuit usus horologii, & usque ad primum Punicum bellum apud illos vir unus deputatus erat, qui meridiem alta voce denunciaret, cum videret ex umbra Solem attigisse lineam meridianam. Verum quia, si dies serenus non erat, scire non poterat, neque cognoscere meridiem, subdit Plinius *ibid. Tunc Scipio Nasi-*

stellarum ortus, obitusque, vel Gallorum cantus. *Is autem* (inquit Cassianus Lib, II. cap. 17.) *cui religiosi conventus commonitio, vel Synaxeos cura committitur, non passim, ut libitum est, nec prout nocte fuerit expergefactus, aut opportunitas cum somni proprii, seu insomni coarctat, fratres etiam ad quotidianas vigilias exuscitare præsumit; sed quamvis eum consuetudo diurna hora solita evigilare compellat; tamen sollicite, frequenterque stellarum cursu præstitutum congregationis tempus explorans ad Orationis eos invitat officium. Postquam Gallus cantavit* (ait S. Joannes Chrysostomus in Homil. 59 ad popul. Antioch.) *statim veniens Prælatus, & pede solum simpliciter cædens omnes excitavit; mox autem surgentes stant hymnos canentes propheticos multa cum vocis consonantia.* Ipse psalmorum, hymnorum, ac canticorum numerus horarum numerum nonnunquam submonebat, interdum clepsydræ, aliquando etiam consumptæ ceræ numerus temporis diuturnitatem metiebatur. *Porro psallendi sibi faciat consuetudinem* (sunt verba S. Petri Damiani Opusc. 13, cap. 17.) *si discernendi horas quotidianam habere desiderat notionem, ut quandocumque Solis claritas, sive stellarum varietas nubium densitate non cernitur, illic in QUANTITATE PSALMODIÆ, quam tenuerit, quoddam sibi horologium metiatur. Horologium* (Cons. Divionensis S. Benigni cap. VI.) *dirigit, & diligenter temperat. De quo cum fieri possit aliquando, ut fallatur, ipse notare debet in cereo &c. Qui hæc rationabiliter vult facere* (subdit Hildemarus in cap. VIII Reg. S. B.) *horologium aqua illi necessarium est.*

QU-

Nasica, Collega Lenatis, primus aqua divisit horas æque noctium, ac dierum, idque horologium sub tecto dicavit, anno Urbis quingentesimo nonagesimoquinto. Igitur Romani per annos sexcentos circiter absque horologiis vixerunt: deinde horologia aquea composuerunt, clepsydras appellata, quibus etiam in judiciis utebantur, ne oratores verba facerent præter horam, ut nos facimus horologiis pulverariis. Hinc Plinius junior *in Epist. ad Pompejum Falcon.* ait de seipso: *Abstinui causis agendis, quod deforme arbitrabar, ei qui jubere posset tacere quemcumque, silentium clepsydra indici.* Et iterum *lib. 2 in epist. ad Arrianum. Quia paucioribus clepsydris præcipitamus causas.* Confert ad hæc gratiosum Martialis Epigramma *lib. 6, Ejus Diaconale Catholicorum.* pig. 39, de quodam Advocato Cæciliano, qui cum non haberet argumenta ad loquendum coram Judicibus usque ad finem clepsydræ, petebat aquam ad bibendum, ut vocem refocillaret, prout tunc erat in usu; ad hoc ut interim aqua clepsydræ fluens horam finiret, & judices eum dimitterent. Sic enim ait Martialis.

Septem clepsydras magna tibi voce petentis,
Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.
An tu multa diu dicis, vitreisque tepentem,
Ampullis potas semisupinus aquam.
Ut tandem saties vocemque, sitimque rogamus,
Jam de Clepsydra Cæciliane bibas.

QU. XIV.

Quasnam Diaconalis muneris partes tradis Ostiariis?

§. I. PRæcipua Ostiariorum instituendorum causa videtur Binghamo (*a*) Christianorum ad Ecclesiam convocatio; quodque hoc tempore Nolarum sonitu fieri solet, quondam instantis tyranni metu Cursorum opera (*b*) fieri necesse erat. Ac primis quidem temporibus hoc Cursorum munus Diaconis mandatum fuisse, colligitur ex S. Ignatii Epist. 13, in qua Hieronem Diaconum monet, *Synaxim negligat, sed omnes nominatim inquirat*. Verum cum plurimarum rerum moles Diaconorum humeris insideret, nec tot ferre onera possent, creati sint, qui subsidiariam, atque administram operam illis præberent, ac Subdiaconis, Acolythis, Lectoribus additi sunt etiam Ostiarii, qui cum pluribus aliis laboribus (*c*), tum etiam populi convocandi onere Diaconos levarent.

§. II. Donec Tyrannica sica in Christianos districta, eos latebris ac tenebris se se occultare coegit, Fideles de habendæ Synaxeos loco, ac tempore in proxime habita concione (*d*) per Episcopos, aut Presbyteros, sin aliter per Cursores Diaconos, aut Ostiarios admoneri soliti fuerunt. Postquam vero persecutio resedit, ac Christiani e latibulis in pu-

(a) Origin. Eccl. Lib. III, cap. VI, §. 5.

(b) Cardinal Baron. ad An. Ch. 58, num. 102. Ad cogendum, inquit, in unum locum fideles omnes precum caussa, quo usque Dei Ecclesia sub gentium Regibus undique quasi hostibus obsessa permansit, haud liberum erat populum patenti aliquo signo ad Synaxim, publicumque convocare conventum. Nec, licet certi statuti essent dies celebrandi conventus, ipsa dies (quod ajunt) poterat interpellare pro homine: nam urgente persecutione, haud liberum erat ibidem semper loci convenire: sed necesse erat frequenter mutare loca, eademque nec inventu facilia. Quamobrem privatim singulos a ministro Ecclesiæ id muneris obeunte, qui CURSUS dicebatur, Episcopi, seu Presbyteri monitu vocari opus erat.

(c) S. Carolus Borromæus in Concil. Mediol. II, Part. II, tit. de Ostiar. *Ostiarius* arceat populum, ne accedat ad Sacerdotem facientem divina. Campanas pulset. In Ecclesia deambulantes, vendentes, tumultum facientes ad superiorem deferat, & expellat, & omne indecens ab Ecclesia removeat.

(d) Episcopis ac Presbyteris, finitis sacris, eos, qui adfuerant, diei ac loci pro habenda Synaxi, commonere facillimum erat; eo fere modo quo disciplina inde obtinuit, & usque ad nostra tempora perseverat, ut a Presbyteris & Ecclesiarum rectoribus vel e pulpito, aut altari populi de futura solemnitate, ac jejunio edoceantur, quod quidem antiquitus circa *jejunia* præcipue observatum fuit quia statam definitamque sedem non habebant. (Bona lib. II, cap. XVI.) Id quod etiam Gentiles suis in sacris constituerant, ut cuncta ordinate fierent. Hinc junior Seneca ajebat (Lib. 5. Con-

publicam lucem se se intulerunt, tum alii modi invaluere convocandi populum ad rem divinam. Græci Semanteriis, & (e) Chirisimandris, Latini vero æris Campani tinnitu jam inde usque a libertate sibi parta ad id uti semper consueverunt (f).

§. III. Qui campanas a S. Paulino Nolano primum adinventas, & usurpatas, ac proinde ab Urbe Nola Nolas, a Campania autem Italiæ provincia, in qua ea Urbs est, Campanas dictas scripserunt, quique a Sabiniano Pontifice Campanarum usum inductum dixerunt, nullius testimonio (g) freti id sibi persuaserunt. Nam æris tintinnabula ante æram Christianam in communi Ethnicorum usu fuisse discimus ex hisce Plauti versibus in Trinumno Act. IV, Scen. 2.

Num-

Controv. 21.): *indicit festum diem, aperiri jubet majorum imagines. Et* Libanius (Expos. I.): *ubi statutus dies advenit, a Sacerdotibus templa referantur*: ac denique notæ sunt illæ priscorum formulæ, quibus dies festi indicebantur: *Lavatio matris Deûm est hodie*; *Jovis epulum cras est* &c. Ordo igitur exigebat, ut etiam Christiani suis de congregationibus edocerentur, & hoc est quod veterum in scriptis legitur *indicere cœtum*.

(e) De Semanteriis, & Chirisimandris, ligneis scilicet instrumentis, quibus Græci ad populum in Ecclesia convocandum utuntur, atque etiam de Hagiosideris ferreis, vide Allat. in dissert. *de recentior. Græc. Templis pag.* 102, Hieronymum Magium in opusc. *de tintinnabulis tom.* 2 *Thesaur. Antiq. R R.* Sanlegre, cum notis Franc. Sweertii, Angel. Rocca *in comment de campanis*. Card. Bona 1 *Liturgic.* 22, Thiers. *des cloches*.

(f) Vid. Lib. de Miracul. Martyr. oblat. in Conc. Nicæn. II, act. 4, De Græcorum usu, & Cardin. Bonam Rer. Liturg. Lib. I, cap. 22, de usu latinorum.

(g) Encycl. Arts & Metieres, V. *Cloches*: L'origine des cloches est ancienne; Kircher l'attribue aux Egyptiens, qui faisoient, dit-il, un grand bruit de cloches pendant la célébration des fêtes d'Osiris. Chez les Hébreux, le grand prêtre avoit un grand nombre de clochetes d'or au bas de sa tunique. Chez les Atheniens les prêtres de Proserpine appeloient le peuple aux sacrifices avec une cloche, & ceux de Cybele s'en servoient dans leurs mysteres. Les Perses, les Grecs en général, & les Romains n'en ignoroient pas l'usage. Lucien de Samosate, qui vivoit dans le premier siecle, parle d'une horloge à sonerie. Suétone & Dion font mention, dans la vie d'Auguste, *de tintinnabulo, ou chocher* si l'on veut. On trouve dans Ovide les termes d'*æra, pelves, lebetes*, &c. auxquels on donne la méme acception. Les anciens annonçoient avec des cloches les heures des assemblées aux temples, aux bains, & dans les marchés le passage des criminels qu'on menoit au supplice, & même la mort des particulier, ils sonoient une clochete, afin que l'ombre du défunt s'éloignât de la maison: *Temesæaque concrepat æra, Et rogat ut tectis exeat umbra suis.* Il est question de cloches dans Tibulle, dans Strabon, & dans Polybe, qui vivoit deux cents ans avant Jésus Christ. Josephe en parle dans ses Antiquités judaïques, liv. 3. On trouve dans Quintilien le proverbe *nola in cubiculo*. Let mot *nola, cloche*, a fait penser que les premieres cloches avoient été foudues à Nole, où S. Paulin a été évêque, & qu'on les avoit appelées *campanæ*, parce que Nole est dans la Campanie. D'autres font honeur de l'inveotion des cloches au Pape Sabinien, qui succéda à S. Grégoire; mais ils se trompent: on ne peut revendiquer pour le Pape Sabinien & S. Paulin, que d'en avoir introduit l'usage dans l'Eglise, soit pour appeler le peuple aux offices divins, soit pour distinguer les heures canoniales. Cet usage passa dans les Eglises d'Orient; mais il n'y devint jamais fort commun,

G 2 &

Numquam edepol temere tinniit TINTINNABULUM:
Nisi qui illud tractat, aut movet, mutum est, tacet.

Ab Augusto posita fuisse tintinnabula in fastigio ædis Jovis Capitolini, tradit Svetonius; & Juvenalis sat. VI verbosiorem mulierem hisce perstringit versiculis:

. . . Verborum tanta cadit vis,
Tot pariter pelves, & TINTINNABULA dices
Pulsari, jam nemo tubas, atque æra fatiget.

§. IV. Haud minus falluntur, qui Joannem XIII. omnium primum Lateranensis Ecclesiæ Campanam sacris Cærimoniis consecrasse (h), moremque eum posteros accepisse contendunt, ac satis superque refelluntur a Ritualibus Libris Ecclesiarum Gehonensis, & Eboracensis ducentos fere annos ante Joannem XIII exaratis, in quibus Cærimonias in consecrandis Campanis jam tum adhiberi solitas descriptas invenies: (Vid. Martene de Antiq. Eccl. ritib. Lib. II, cap. XXII.)

QU. XV.

& il y cessa presqu' entiérement après la prise de Constantinople par les Turcs, qui l'abolirent, sous le prétexte que le bruit des cloches troubloit le repos des âmes qui erroient dans l' air, mais par la crainte qu' il fût à ceux qu' ils avoient subjugués un signal en cas de révolte: cependant il continua au mont Athos & dans quelques lieux écartés de la Grece. Ailleurs on suppléa aux cloches par un ais appelé *symandre*, & par des maillets de bois, ou par une plaque de fer appelée *le fer sacré* qu'on frapoit avec des marteaux.

(h) Encycl. loc. cit. L'Eglise, qui veut que tout ce qui a quelque part au culte du souverain Etre, soit consacré par des cérémonies, bénit les cloches nouveles, & comme ces cloches sont présentées à l' Eglise ainsi que les enfans nouveau nés, qu' elles ont parrains & marraines, & qu' on leur impose des noms, on a donné le nom de *baptême* à cette benédiction.

Le baptême des cloches dont il est parlé dans Alcuin, disciple de Bede & précepteur de Charlemagne, comme d'un usage antérieur à l' année 770, se célebre de la maniere suivante, selon le pontifical romain. Le prêtre prie: après quelques prieres, il dit: *Que cette cloche soit santifiée & consacrée, au nom du Pere du Fils & du S. Esprit.* Il prie encore, il lave la cloche en dedans & en dehors avec de l' eau bénite, il fait dessus sept croix avec l' huile des malades, & quatre dedans avec le chrême, il l'encense, & il la nomme. Ceux qui seront curieux de tout le détail de cette cérémonie, le trouveront dans les *Cérémonies* religieuses de M. l' Abbé Banhier.

Ritus consecrandi campanas *baptismus* vulgo dicitur, non quod re vera campanæ baptizentur eo baptismo qui confertur in remissionem peccatorum, ut garriunt Heterodoxi, sed quod in iis consecrandis adhibeantur cærimoniæ præcipuæ, in administratione Sacramenti baptismi adhiberi solitæ, ablutio nimirum, unctio, nominis impositio. *In ipsa vero consecratione*, ut ait Bona, *nomine alicujus Sancti Campana insignitur, sive ut a ceteris proprio nomine distinguatur, sive quia ad pietatem magis conducere arbitrati sunt primi hujus ritus institutores, sive voce alicujus Sancti plebes ad Ecclesiam convocari diceretur.* Quod colligitur ex cap. 14 Concilii Coloniensis, anno 1536 celebrati, apud Labbeum tom. 14 Conc. pag. 549. Vide Baronium ad an. 968, §. 93, Bellarminum & Rom. Pont. lib. 4, extremo cap. 12, & annotat. 2 ad Sabinianum.

QU. XV.

Ostiarii ullum ne habent sui Ordinis principem?

§. I. CUM Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Lectores, hi omnes suorum Ordinum principes habeant, qui in Episcopalibus Ecclesiis dignitate fulgent, qui fit, ut Ostiarii, quorum officia tam late patent, (Qu. XIV, Not. c.) neminem habeant in Ecclesia Latina, qui sui ordinis Caput dici possit, quique ullo dignitatis honore auctus sit? Contra vero in Ecclesia Græca, ubi nullus Ostiariorum (*a*) Ordo, præter *Januæ Præfectum*, qui primam nonæ Pentadis sedem obtinet, suus in septima Pentade locus est *Laosynactæ*, cujus princeps cura est populi ad Ecclesiam convocatio. (Vid. sup. Lib. V, Qu. XXI, Not. d.)

§. II. Hujusce rei causam dum quæro, hæc mihi fuisse videtur. In Ecclesia Latina statim ac in Christianos sævire desitum fuit, Convocatio populi, cujus causa Ostiariorum Ordo institutus fuit, (Vid. sup. Qu. XIV, §. 2.) fieri cœpit Campanarum sonitu, quo in usu posito, conticuit præcipuum Ostiariorum munus, proindeque nemine amplius opus fuit, qui huic eorum muneri præficeretur. In Ecclesia autem Græca, ubi aut nullus, aut rarissimus Campanarum usus semper fuit, ibi necessitas semper obtinuit eorum, qui vel lignorum, vel tubarum, vel oris voce fideles ad Ecclesiam arcesserent, propterea que eo etiam opus fuit, qui ad hoc munus advigilaret, nec sua dignitate careret.

§. III. Quamvis Ursus Participatius Venetorum Dux anno 865 dono miserit Michaeli Orientis Imperatori duodecim campanas, quas in turri ad S. Sophiam collocavit, (Cardinal. Bona loc. cit. rer. liturg. cap. 22.) tamen Campanæ apud Græcos nec ubique exceptæ, nec, ubi exceptæ, diuturna fortuna gavisæ sunt, sed a Turcis silere jussæ illud veritis, ne Christianos ad rebellionem, seditionem, conjurationemque commoverent, eaque religione imbutis, quæ putat, Defunctorum animas circum terram ipsam volutari, ac Campanarum clangore obturbari.

§. IV. Hæc superstitio adeo Turcarum mentes occupavit, ut ipsimet ad suas synagogas non alio signo popu-

(a) Benedict. XIV Const. LVII, §. VII, Tom. I Bull. num. 7. Si quis Clericus, præter Lectoris ordinem, etiam Subdiaconatum ritu Græco susceperit, & ex dispensatione Apostolica facultas sibi facta sit, cæteros ordines ritu latino suscipiendi, antequam inter Diaconos cooptetur, ex minoribus ordinibus, Exorcistatum tantum supple-

populum convocent, quam Miniſtrorum voce, uti habetur in Gloſſ. ad Clementin. I, de Judæis & Saracen. Verb. *Zabazala : Qualibet Meſchita unum habet Sacerdotem de primis, & unum Miniſtrum, qui vocatur* MUERDEU, *quod ſonat* PRÆCO, *qui ſupplet defectum Campanarum ; aſcendit turrim Meſchitæ quadratam, in qualibet parte ſui feneſtram magnam habentem ; & ad illarum quamlibet clamat alta voce, obturatis auribus cum digitis, ut vox fortius reſonet, in ſua lingua hæc verba ſonantia* : NIL ALIUD POSSE, NISI DEUS ET MAHUMETUS EJUS NUNTIUS : VENITE AD ORATIONEM &c. LEGALIP, HALLA', HALLA' (*b*).

plere cogitur, cum per Subdiaconatum Græco ritu collatum, Acolythatum, & OSTIARIATUM recepiſſe cenſeatur.

(b) Vid. Feburè in Theatr. Turch. cap. 25, art. 7, & Maſinum cap. 42, pag. 390, ubi notant, Populum a Turcis ita convocari quinquies in die ; videlicet in Aurora, quam vocant *Zalaraxopbi*, hora tertia, in Veſperis, in Completorio, & in Crepuſculo noctis.

QU. XVI.

Quid habes de Psalmistis seu Cantoribus?

§. I. PSallendi ratio, qua Lector singulos psalmorum versiculos recitabat, eosdemque populus *canendo* repetebat, (Vid. sup. Qu. XII, §. 2.) tamdiu viguit, quamdiu in cunis vagiit Ecclesia. Postquam vero ad aliquam ætatem adolevit, atque alumnorum crevit multitudine, tum confusionis vitandæ gratia, populo silentium indictum, atque ex Lectorum Ordine delecti fuerunt (*a*), qui Psaltriorum, & Cantorum munere fungerentur. Hinc Concilii Laodicæni anni 320, canone XV, decretum fuit, *non oportere præter Canonicos cantores, qui suggestum ascendunt, & ex membrana legunt, aliquos alios canere in Ecclesia*.

§. II. Neque vero hoc mihi unquam erues, ut alium Lectorum, alium Cantorum Ordinem esse affirmem. Quid mihi ex D. Marci liturgia hæc profers verba? *Memento etiam*

(a) Cleritat. de Sacram. Ord. Decis. XVIII, §. 45. *Lectorum* officium est lectiones Horarum Canonicarum in Ecclesia legere; nec non Prophetias, quando in Missa sunt legendæ, prout etiam in Missarum Solemniis introitus, gradualia, alleluja, & alia de more canenda cantare, & hac de causa, ut ait textus *in citat. cap. Clericos; 21 dist.* duplici nomine vocabantur Lectoratus Ordine insigniti, videlicet *Lectores* a legendo, & *Psaltes*, seu *Cantores* a canendo. Magrius in *Hierolexic. Verb. Notarius*, qui loquitur de Sanctis Marcimo, & Martyrio Lectoribus, & ait aliquando vocatos *Notarios*, & *Cantores*, quia ad eorum Officium spectabat cantare in Ecclesia, & a Legendo *Lectores*, a canendo *Cantores*, & a notis musicalibus *Notarii* dicebantur, teste Balsamone *in Can. 62 Trull.* quem ibi Magrius refert. Huic Officio canendi in Ecclesia, quod est proprium *Lectorum*, consonat id, quod legitur in Martyrologio Romano *die 5 Aprilis* his verbis: *In Africa passio SS. Martyrum, qui in persecutione Genserici Regis Ariani in die Paschæ in Ecclesia cæsi sunt: quorum Lector, dum in pulpito Alleluja cantaret, sagitta in gutture transfixus est*. In honorem hujus Sancti Lectoris, ac Martyris Episcopus Sarnellius referens ejus gloriosam mortem posuit hæc carmina.

Transfixus volucri modulantia guttura ferro,
Alleluja canens, Lector ad astra volat.

Encycl. Metod. Theolog. V. *Cant Ecclesiastique*, pag. 313. Bingham, Orig. Eccles. l. 3, c. 7, dit qu'il n'a pas été question de *Chantres* dans l'Eglise avant le commencement du quatrieme siecle; mais il avoue qu'il en est fait mention dans la Liturgie de Saint Marc: or, nous prouveron en son lieu que cette Liturgie est plus anciene que le quatrieme siecle. Il prétend que l'état des *Chantres* étoit autant un Ordre Ecclesiastique que celui des Lecteurs, & qu'ils recevoient une espece d'Ordination;

iam ubique degentium orthodoxorum Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, LECTORUM, CANTORUM, *Monachorum, Virginum, Viduarum, Laicorum* (Biblioth. Patr. gr. lat. Tom. II, pag. 31.) Nonne vides, ex hisce verbis, aut nullum in rem tuam testimonium sumi posse, aut illud etiam effici, *Monachos, Virgines, Viduas, Laicos* in Ecclesiasticis Ordinibus esse numerandos?

§. III. Quid urges, apud Græcos, & apud Syros Maronitas præter Ordinationes *Lectorum*, haberi etiam ordinationes *Cantorum*? (*b*) Cave nimis probando efficias, ut nihil probes. Nam Græci & Syri præter ordinationes Diaconorum, Presbyterorum, Episcoporum, habent etiam Ordinationes Archidiaconorum (*c*), Archi-

---

tion; pour nous, nous pensons que si ç'avoit été un ordre, il auroit continué de l'être. Il veut que, dans l'origine, la fonction de *chanter* ait été commune à tous les Fideles. Soit; du moins il falloit que des *Chantres* instruits donnassent le ton pour éviter la cacophonie: aussi l'an 364, ou 370, le Concile de Laodicée ordona que les seuls *Chantres* inscrits sur le catalogue de l'Eglise pouroient monter sur l'ambon & chanter sur le livre. Mais les Protestans, infatués de leur usage, trouvent qu'il n'y a rien de si beau que le style gothique des psaumes de Marot, & le chant lugubre qu'ils ont adopté; nous voudrions savoir pourquoi ils ne chantent pas les cantiques de l'Ancien & du Nouveau Testament; sont-ils moins respectables que les psaumes?

(b) Martene de antiq. Eccl. ritib. Lib. I, cap. VIII, Art. XI, Tom. II, pag. 95. Ex Græcorum Euchologio Ordo in promotione Cantoris: *Ingreditur Diaconus Diaconicum*.

In pace Dominum precemur.

Pro servo Dei N. promovendo & pro sanitate & salute ejus a Deo impetranda, Dominum precemur.

Pro Episcopo N. & opere manuum ejus, Dominum precemur.

Ut liberemur. Suscipe. Sanctissime.

Deinde dicit Pontifex orationem hanc.

Dominator Domine, omnipotens Pater Domini & Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, te rogamus & precamur benigne. Servus tuus N. ad tuam sanctam Ecclesiam confugit: illumina illum, ut suaviter canat, spiritualia cantica exordiatur, spirituali & sancto tuo obsequio dignum fac illum. Timore tuo sanctifica, gratia tua serva illum: ut juxta beneplacitum tuum vivens, ad sancti tui Spiritus dona majora vocetur, gratia & miserationibus & humanitate Unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es cum sanctissimo & bono, &c.

(c) Martene ibid. pag. 103. Ordo continens Ordinationes Syrorum Maronitarum. Ritus ordinationis Archidiaconi. Primum stat coram altari *vestibus juxta ordinem & consuetudinem Diaconi*: Incipit Pastor, & prosequuntur juxta ordinem in gradu præcedente præscriptum, dicitur *laus Deo*, & consuetus psalmus, *Miserere*. Diaconus dicit: *Benedic Domine. Stemus pulchre in precibus & oratione*, & reliqua pastor precatur. Ordo, diciturque versus ex ordine Stephani, & oratio suffitus, Diaconus psalmum. Deinde legunt Acta Apostolorum.

. . . .

Pastor ponit Evangelium super pectus ejus, & Episcopus insufflat in faciem ejus in figuram crucis, & egrediuntur cum pompa pulcra & decenti dum dicunt hymnos. Sic ingrediuntur ad altare, & tunc Diaconus proclamat hoc, *Domini Ephrem*.

Episcopus precatur, & ab eo accipit Evangelium. Deinde osculum dat Episcopo & revertitur in locum suum. Tuncque permittit ei ut legat Evangelium, & cum legit, Diaconi proclamant. Denique sanctorum mysteriorum fit particeps. Finis. Deo laus in sæculum sæculorum.

Archipresbyterorum (d), & Patriarcharum (e). Quid igitur? Numne alio ordine præditos dices Archidiaconos, Archipresbyteros, Patriarchas, alio Diaconos, Presbyteros, Episcopos?

§. IV. Quid denique instas, Cantores, non secus ac alios Ecclesiasticos Ordines, & ipsos sui Ordinis principem habere in Ecclesia latina (f) Archicantorem, in Ecclesia Græca Protocanonarcham (g), proindeque

(d) Martene ibid. Ordo continens ordinationes Syrorum Maronitarum. Ritus ordinationis Archipresbyteri. Primom accedet ille quem elegit Spiritus-sanctus, & ingredietur in secretarium. Inclinabit autem caput coram Pastore, manus habens junctas, caputque deteget, & induet ordinis sui vestimenta: Domque egredientur pulcro & decenti ordine, dicentes hanc pesitam . . . .

Cum aotem accesserint, & ingressi fuerint omnes, remanet hic extra solus, & benedicitur ab Episcopo, & ab eo signatur signo crucis, diciturque *laus Deo*, & responsum *Miserere*. Archidiaconus *Benedic Domine*. *Stemus pulchre in oratione* & reliqua. Episcopus ponit aromata & precatur, diciturque versos juxta ordinem primum. Precatur interea Episcopus. Archidiaconus dicit alta voce hoc, *Domini Ephrem* . . . .

Episcopus precatur. Tum aperiunt portas cancellorum, dicuntque *Sanctificasti Deus*, & symbolum. Unusque ex Archipresbyteris ducit eom dextera sua, diciturque sic.

Offerimos sanctitati tuæ, o Pater sancte & electe Dei, Domine N. Episcope noster, hunc amatorem Dei N. qui hic adstat, & impositionem manus divinæ accipit, EX ORDINE ISTO PRESBYTERATUS AD ORDINEM ARCHIPRESBYTERATUS, super altare sanctum Domini N. civitatis benedictæ & amantis Christum, & est subditus beatitudinis vestræ, Pater Deo sancte, pro eo orantes & precantes Deum. Clamemus igitur, & dicamus tribus vicibus: Kyrie eleison &c.

(e) Vid. apud Martene ibid. pag. 107, Ordinem, quo Episcopus consecratur Patriarcha.

(f) Archicantores Romanos in maximam evectos fuisse dignitatem infert Thomassinus P. I, Lib. II, cap. XXXI, ex Histor. Anglor. Bedæ lib. IV, cap. 2, in qua legitur, Joannem Archicantorem Ecclesiæ S. Petri, & Abb. S. Martini Roma missum in Angliam, *ut cursum canendi annuum, sicut ad S. Petrum agebatur, edoceret*, ibique Synodo interfuisse.

Benedictus XIV Constit. III, Tom. III, §. 2. Hujusmodi cantus ille est, quem ad musicæ artis regulas dirigendum, efformandumque multum elaboravit S. Gregorius Magnus Prædecessor noster, ut testatur Joannes Diacoous *in ejus vita lib. 2, c. 7*. Hoc autem loco plura addere, quæ ad Ecclesiasticam eruditionem pertinent, de Ecclesiastici cantus origine, de Cantorum Schola, & Primicerio, qui ei præsidebat, haud difficile nobis esset, sed prætermissis, quæ minus necessaria videntur, eo, unde paulo digressi sumus, rem propositam exequentes revertamur. Cantus iste ille est, qui fidelium animos ad devotionem & pietatem excitat; denique ille est, qui si recte decenterque peragatur in Dei Ecclesiis, a piis hominibus libentius auditur; & alteri, qui cantus armonicus, seu musicus dicitur, merito præfertur.

(g) Præter Protopsaltos, Protocanonarchas etiam Græci habent, ejusque muneris in octava pentade Codinus meminit. Hoc sane officium nemo intelliget, qui prius eorom hymnorum, quos *canones* vocant, quique in illorum Acoluthiis obvii sunt, plenam notitiam non expiscatur. Sunt autem hymni isti longissimi novem odis distincti; odæ autem tropariis; atque ex perpetuo illorum ordine, ac serie, *canonis* nomine a Græcis donati, quos solemni cantu in divinis persolvendis officiis modulantur

que *Cantorum* Ordinem ab reliquis sacris ordinibus esse distinguendum? Ita si est, etiam *Scholares* in Clericorum Ordine ab aliis Ordinibus distincto ponas necesse est; nam & hi sui Principem habent *Scholasticum*, cujus maxima in Ecclesia dignitas. (Vid. sup. Lib. V, Qu. XXIV.) Quemadmodum igitur Scholasticus nullius Ecclesiastici Ordinis princeps, sed Ecclesiastici gymnasii Præfectus est, ita & Archicantor nulli Clericali Ordini præesse, sed cantus tantum scholam regere dicendus erit.

QU.

Hinc inter Ecclesiastica Chori officia *Canonarcha* munus emersit, quorum Præfectus *Protocanonarcha* vocatur.

Vid. Cangium in Gloss. med. Græcit. V. Κανων. Allatium in diatriba de Georgiis p 118, Nicolaum Rajseum in dissert. ad Acoluthiam off. trium SS. DD. inter acta SS. tom. 2 Junii edit. Antuerp. §. 17. & seq.

QU. XVII.

Quid narras de Copiatis, seu Pollinctoribus?

§. I. COpiatæ (*a*), seu mavis eos dicere *Laborantes*, seu *Fossarios*, seu *Lecticarios*, ii erant, quibus exequiarum (*b*) cura erat demandata. Ii Clericorum nomine, jure, & honore donati fuerant (*c*): utrum

(a) Bingham. Orig. Eccl. Lib. III, cap. VIII, §. 1, Vol. 2, pag. 42. Generatim hoc iis nomen ductum esse creditur a κόπος & κοπιᾶσθαι, quod significat *laborare*; unde a nonnullis *laborantes* appellantur. Auctor sub nomine HIERONYMI *fossarios* eos a *fodiendis* tumulis nuncupat. Et in JUSTINIANI *novellis lecticarii* vocantur, a portandis emortuis corporibus, vel sandapilis.

(b) Fleury Moeurs des Chretiens. Venons aux *funérailles* des Chrétiens. „ Les „ Chrétiens de l' Eglise primitive, pour té„ moigner leur foi à la résurrection, avo„ ient grand soin des sépultures, & ils y „ faisoient de la dépense à proportion de „ leur maniere de vivre. Ils ne brûloient „ point les corps comme les Grecs & les „ Romains, ils n'approuvoient pas la cu„ riosité superstitieuse des Egyptiens, qui „ les gardoient embaumés & exposés à la „ vue sur des lits dans leurs maisons, mais „ ils les enterroient selon la coutume des „ Juifs. Aprés les avoir lavés, ils les em„ baumoient, & y employoient plus de „ parfums, dit Tertullien, que les Païens „ dans leurs sacrifices. Ils les envelopoient „ de linges fins & d'étofes de soie, quel„ quefois ils les revêtoient d'habits pré„ cieux; ils les exposoient pendant trois „ jours, les gardoient & veilloient auprès „ d'eux en prieres, ensuite ils les portoient „ au tombeau. Ils accompagnoient le corps „ avec des cierges & des flambeaux, en „ chantant des pseaumes & des hymnes, „ pour louer Dieu & pour exprimer l'es„ pérance de la résurrection. On prioit pour „ eux, on offroit le saint sacrifice, on don„ noit aux pauvres le festin nommé *aga„ pe*, & d'autres aumônes; on en renou„ veloit la memoire au bout de l'an, & l' „ on continuoit d'année en année, outre „ la commemoraison que l'on en faisoit „ tous les jours au saint sacrifice . . . . . „ Souvent on enterroit avec les corps dif„ férentes choses pour honorer les dafunts „ & en conserver la mémoire, les marques „ de leur dignité, les instrumens de leur „ martyre, des phioles ou des éponges plei„ nes de leur sang, les actes de leur mar„ tyre, leur épitaphe, ou, du moins, leur „ nom, des médailles, des feuilles de lau„ rier, ou de quelqu'autre arbre toujours „ vert, des croix, l'Evangile. On obser„ voit de poser le corps sur le dos, le vi„ sage tourné vers l'Orient. "

(c) Epiphan. Exposit. Fidei num. XXI. Sequuntur *laborantes*, tum janitores, ac reliqui disciplinæ caussa *ordines* instituti. Justinianus Novell. XLIII. *Quia tam piæ memoriæ Constantinus, quam etiam pientissimus Princeps Anastasius LECTICARIORUM, seu DECANORUM (ut vocat) numerum ad certam mensuram redegerunt.*

Hieron. De septem Ordin. Eccles. *Primus in clericis fossariorum ORDO EST.*

Hieron. Epist. ad Innocent. de muliere septies icta: *CLERICI, quibus id officii erat, cruentum linteo cadaver obvolvunt, & fossam humum lapidibus construentes ex more tumulum parant.*

utrum etiam Clericali charactere prædíti fuerint, valde dubito; nusquam enim eorum Ordinationem invenio (*d*).

§. II. Loca humandis corporibus concessa antiquitus erant extra mœnia Civitatis (*e*). ***Hominem mortuum in Urbe ne sepelito, neve urito***. (Cicer. de Leg. II.) (*f*) Huic legi paruere etiam Christiani, ipsaque Martyrum ossa in suburbanis agris condiderunt. Ubi Martyrum sepulcra, ibi etiam Sacella inædificata, quæ *Basilicæ* dicta fuere. Juxta hasce *Basilicas* Christiani sepeliri voluerunt. Eam enim spem una cum Christianæ Religionis lacte imbiberant, melius sibi fore, si eodem tumulo, quo Martyres, ipsi etiam contegerentur. Sæculo IV is honos Martyribus habitus, ut eorum Reliquiæ ex agris in Urbes deportarentur, atque in Ecclesiis (*g*) collocarentur. Difficile dictu est, quo quantoque desiderio tunc caperentur Christiani in Urbibus prope Martyrum Reliquias Sepulturæ locum sibi dari. Id sibi primo concessum voluere Imperatores, & Reges, uti de Constantino Magno, Theodosio seniore, Arcadio, Theodosio juniore Eusebius, Chrysostomus, & Nicephorus memoriæ prodiderunt (*h*). At sæculo VI id omnibus datum fuit, ut intra Urbem

Codic. Theodos. Lib. VII, Tit. XX, Leg. 12. *Dum se quidam vocabulo CLERICORUM, & infaustis defunctorum obsequiis occupatos ..... defendunt* &c. & Lib. XIII, t. I, Leg. I, CLERICOS excipit tantum, qui COPIATÆ adpellantur: & Lib. XVI, Tit. II, Leg. 15: CLERICI *vero, vel hi, quos* COPIATAS *recens usus instituit nuncupari*.

(d) Gothofred. not. in Cod. Theod. Lib. XVI, tit. II, Leg. XV. De COPIATIS observandum, eos SEPARARI HAC LEGE A CLERICIS, cum tamen alias Clericorum numero censeantur.

(e). Revera in Urbis suburbanis erant Romana cæmeteria, quæ circiter quadraginta tria numerat Baronius ad ann. 226, num. 9, tom. 2, pag. 474, & 475, eorumque nomina singillatim Panvinius describit de cæmeter. c. 12, per tot. Similiter extra civitatem erant Neapolitana cæmeteria, de quibus agunt Gilbertus Burnetus ep. 4, Mabillonius Mus. Ital. Tom. I, pag. 14, & Mazochius in Kalendar. Consule Paulum Aringhium Rom. subterran. lib. 1, cap. 1, num. 9.

(f) Jus hoc erat duodecim tabularum, quod sæpe novis legibus confirmatum fuit, ac traductum ad omnes civitates, primum constitutione Hadriani L. 3., §. *Divus*, ff. de sepulc. violat. idest D. Pii, ut Capitolinus scribit, deinde cæterorum. Vide Paulum recept. sentent. lib. 1, tit. 21, n. 2, ibique Schultingium in not. 8, & seq. Jurispr. vet. Ante-Justinian. tom. 1, pag. 261, & seq. edit. Lipsiæ 1737.

(g) Concil. Cartag. V, can. XIV. *Omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint*.

(h) Euseb. Vit. Constant. Lib. 4, Cap. 71. *Quod maxime ambierat locum juxta Apostolorum Memoriam ei concessit* (Deus). Chrysostomus quoque Homil. XXVI in II ad Cor. *Constantinum Magnum filius ita demum ingenti honore se adsecuturum existimavit, si eum in Piscatoris vestibulo conderet. Quodque Imperatoribus sunt in Aulis Janitores, hoc in sepulcro Piscatoribus sunt Imperatores. Atque illi quidem, velut domini, interiores loci partes obtinent, hi autem velut accolæ, ac vicini præclare secum agi putarunt, si vestibuli janua ipsis adsignetur.*

Idem Lib. *quod Christus sit Deus*. Cap. VIII. *Constantinopoli Reges nostri magnam gratiam putant, non si prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula, corpora sua*

bem in Ecclesiarum vestibulis mandari rumulo possent. Intra Ecclesiam tamen ante sæculum VIII neminem sepulcro inferri fas fuit (*i*), quo demum Sæculo Ecclesiæ etiam mortuorum cadaveribus patuerunt. Jamque tot sepulcra in Ecclesiis extruebantur, ut illis modum finiri necesse fuerit. Itaque sæculo IX a Moguntinis Patribus hic canon latus fuit. *Nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, aut* FIDELES LAICI. Can. 52. At hæc *Fidelium Laicorum* exceptio magnam fenestram patefecit ad sepulturas intra Ecclesiam impetrandas. Neque enim amplius quisquam hoc honore indignus judicari poterat, nisi etiam *Fidelis* nomine indignus judicaretur (*k*).

§. III. Non igitur superstitio, non ambitio, non Clericorum avaritia, uti Chepperus Polit. Eccles. Lib. I, Boehmerus De Jur. Paroch. Sect. IV, cap. 2, §. 12, Bingham. Orig. Eccles. Lib. XXIII, cap. 1, §. 9, Espenius J. E. U. Part. II, Tit. 38, cap. 2, §. 33, homines in Catholicæ Ecclesiæ mores male animati effutiunt, sed pietas in Martyres, quos unos prisci Christiani in majorum suorum loco habebant, sed fides, quæ eos a Sanctorum Patrocinio, & Fidelium precibus bene sperare jubebat, sed vis desiderii æternæ beatitudinis una cum Martyribus in Cœlo perfruendæ, fuere illa incitamenta, aculei, ac stimuli, quibus excitabantur Christiani, ut *ad Martyrum memorias* (*l*) corporum suorum sedem collocari vellent. Infixa animo hærebant illa, quæ ab Augustino Lib. II Retract. cap. 64, didicerant: *Quod autem quisquam apud memorias Martyrum sepelitur, hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, ut commendans eum Mar-*

---

sua sepeliantur, fiantque Piscatorum ostiarii Reges. Adde Nicephorum Lib. XIV, cap. 58. *Theodosius postea mox in paterno monumento lapidis Romani repositus est, in dextra sublimi Sanctorum Apostolorum Templi porticu: In qua porticu, eodemque lapide pater quoque Arcadius, & Mater Eudoxia, nec non Avus Theodosius siti sunt*.

(*i*) Concil. Bracar. I, Can. XXXVI. *Corpora defunctorum nullo modo juxta Basilicam Sanctorum sepeliantur: Sed si necesse est, deforis circa murum Basilicæ, usque adeo non abhorret*. Conc. Nannet. Can. VI. *Prohibendum est, etiam secundum majorum instituta, ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut in Exedris Ecclesiæ. Intra Ecclesiam vero, & prope altare, ubi Corpus & Sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliantur*. Concil. Arelat. III, Can. 21. *De sepeliendis mortuis in Basilicis illa constitutio servetur, quæ ab antiquis Patribus constituta est*. Concil. Mogunt. Can. LII. *Nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur*. Adde etiam Conc. Triburicens. Can. XVII. *Præcipimus, ut deinceps nullus Laicus in Ecclesia sepeliatur*.

(*k*) Ludovicus Muratorius dissertatione ad Joannem Ciampinum in hunc canonem ita disputat: *Etiam Laicos Fideles propter Episcopos & Presbyteros templis inferri post mortem solitos hinc discimus. Itaque solos Infideles, hæreticosque, aut etiam laicos parum dignos, puta sine pœnitentia defunctos, usuris addictos, occisores, aut hujusmodi morbis tactos respicit laudatus canon, quos a sacris in Ecclesia sepulturis arcendos omnino constituit*.

(*l*) Schelstratus Tom. I Antiquit. illustrat. pag. 435. Sepulcra vel ob inscriptiones, & signa martyrii, vel ob ossa Marty-

Martyrum patrocinio, effectus pro illo supplicationis augeatur: eaque, quæ a S. Maximo acceperant: *Ideo hoc a Majoribus provisum est, ut Sanctorum ossibus nostra corpora sociemus*... *Cum sanctis Martyribus quiescentes evadimus Inferni tenebras*. Calcar addebant illa, quæ S. Nicolaus Magnus Bulgaris rescripserat: *Cum gravia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in Ecclesia sepeliantur, quod eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca conveniunt, suorum, quorum sepulcra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt* (m).

§. IV. Qui plures hac de re haustus

tyrum ibidem posita vocantur *memoriæ Martyrum*.

(m) Mamach. Costum. de' primit. Christ. Lib. III, Cap. II, §. XIV, pag. 67. Che se tanto era l'amore, e la pietà de' primitivi fedeli verso i loro compagni vivi, non era certamente minore verso i morti. Imperciocchè siccome per la carità, e l'affetto, che a' professori della religion loro portavano, facilmente si moveano a compassione, qualora vedeano qualcuno de' nostri nelle miserie, e nelle pene, e studiavansi, quanto era loro possibile, di sovvenirlo; e siccome erano persuasi, che quei fedeli, i quali muojono imbrattati da qualche colpa leggiera, o prima di aver compita la penitenza imposta loro dalla Chiesa per qualche grave peccato da loro commesso, gravissime pene sopportano, finchè non abbiano soddisfatto alla divina giustizia, e molto possono essere ajutati colle preghiere, e colle limosine, e col sagrifizio offerto al Signore da' vivi, non tralasciavano veruna occasione per soccorrere quelle anime, come costa evidentemente da' libri, che i nostri Maggiori composero per istruzione de' loro prossimi. Quindi è, che Tertulliano nel celebre libro *della corona del soldato* (cap. III, pag. 102.) mentova le oblazioni solite a farsi dalla Chiesa pe' morti, e difende, che una tal consuetudine proviene dall' Apostolica tradizione. Questo medesimo autore, che fiorì verso la fine del secondo, e sul principio ancora del terzo secolo della Chiesa, nel libro intitolato *Della esortazione della carità* (*cap. XI, pag.* 523.) rammemora e le obblazioni, e le preghiere pe' morti, e rammemorandole accenna, che comuni erano appresso tutti coloro, che professavano il cattolicismo. E nel libro *della Monogamia*, (*cap. X, pag.* 531.) *Dimmi o sorella*, dice egli, *dimmi o sorella, hai premesso in pace il tuo marito? Che rispondi? Eri forse in discordia con esso lui?* ... *In pace, dirà ella*... *Certamente ella prega per l'anima di lui, e chiede per lui da Dio il refrigerio* .... *e fa offerire il sagrifizio nell' anniversario della morte di lui medesimo*. Si vede adunque quanto attenti fossero i fedeli nell' usare verso i morti queste opere di misericordia, e come si debbano intendere le iscrizioni, che talvolta si sono trovate nelle catacombe di Roma, e sono state riferite parte dal Bosio, parte dall' Aringo, e parte dal Boldetti, dal Lupi, e da alcuni altri che de' Cimiterj Romani parlarono. Imperciocchè nella maggior parte di esse si legge, che il defonto morì in pace, la qual cosa si può intendere *in pace con Dio, o in pace colla Chiesa, o in pace co' suoi*, come richiede l'addotto passo di Tertulliano. In certe altre iscrizioni si leggono delle espressioni, per le quali dimostrano i fedeli di desiderare *la pace* (*Bold. lib. II, cap. VII, pag.* 418.) *e il bene* (*Ibid.*) *allo spirito del defonto*. Veggonsi tra le altre appresso il Boldetti due nel capo settimo del secondo libro; una delle quali è questa: (*Ibid.*) *Antonia anima dolce Iddio ti refrigeri in pace*: e l'altra: *Amerio pose questa lapida a Rufina sua moglie carissima*....: *Iddio refrigeri il tuo spirito*. Ella è anche degna di essere osservata la iscrizione riferita dallo stesso Autore nel capo decimo del medesimo libro (pag. 457.), la quale tradotta dal Greco in Italiano ha questo significato, *Aurelio Pa-*

ftus fitiunt, ingurgitent fe fe iis, quæ fcripfere Panvinius in libello *de fitu fepeliendi mortuos apud veteres Chriftianos*, Arringhius Rom. Subterran. Gretferus *de Chriftian. funer.* Boldettus *Offervazioni Cemeteriali*, Rofvvedus *ad Divi Paulini Natalem V*, Allegrantia De *Sepulcris Chriftianorum in Ædibus facris*, Muratorius *Anecdot. Latin. Tom.* I, *Mediolan.* 1697, *pag.* 185, *Anecdot. Græc. Patavii.* 1709, *pag.* 258, aliique (*u*).

Paflagone fedele fervo di Dio fi addormentò in pace. Ricordifi di lui Iddio ne' fecoli.

(u) Noftris temporibus, quamquam Chriftianis omnibus in Ecclefiis fepultura permittatur, tamen in multis locis cæmeteria funt, in quibus mortuorum corpora humo teguntur. Sunt autem cæmeteria loca religiofa, folemni Epifcopi benedictione, humandis fidelium cadaveribus addicta, eaque prope ipfas Ecclefias fita effe folent. Ubi nulla funt cæmeteria ab Ecclefiis diftincta, Chriftiani in ipfis Ecclefiis fepeliuntur; nefas autem eft eorum aliquem in loco profano fepulturam habere. Integrum cuique eft fibi Ecclefiam eligere, in qua ejus cadaver fepeliatur, modo Ecclefia fepeliendi jus habeat. Quo jure gaudent Ecclefiæ Cathedrales, ac Parochiales, quæque illud confuetudine, aut privilegio adeptæ funt. Quare etiam uxor, invito marito, & filius pubes, quamquam fit in patris poteftate, liberam fepulturæ optionem habent. Sed filio impuberi ob inopiam confilii pater eligit fepulturam, fi id loci confuetudo patiatur; fecus enim aut in fepulcro Majorum, aut in Parochiali Ecclefia conditur. Similiter neque Regularibus, qui fuo carent arbitrio, fibi eligere fepulturam licet; nifi procul a fuis monafteriis decedant, ita ut ad ea transferri commode nequeant.

Si quis fibi fepulturam non elegit, eam habet in fepulcro majorum, vel fi eo careat, in Ecclefia parochiali. Mulieres autem fi non elegerint fepulturam, cum viris fuis fepeliendæ funt, & fi plures habuere viros, cum eo fepeliuntur, cui poftremo nupferunt. Monachi etiam, & Regulares humantur in Ecclefia, vel cæmeterio fui monafterii, quod ipfis parochiæ loco eft: & fimiliter Canonici, ac Beneficiati in Ecclefia fui capituli, vel beneficii fepeliuntur. Cadaver, quod contra interdictum extra propriam Ecclefiam humo traditum fuit, fi petatur, effodiendum eft, ac propriæ Ecclefiæ reftituendum.

Cum cadaver extra parœciam fepelitur, antequam domo educatur, a parocho benedicendum eft; eoque comite ad fepulcrum deferendum. Hæc quidem confuetudo eft, quæ ubique in Italia viget. Sed in ultramontanis quibufdam regionibus exequiæ in parœcia celebrantur, quod jus Decretalium eft.

Vetus eft difciplina, per quam oblationes pro mortuis fiunt, eafque Ecclefia recipiebat, fi Chriftiani in ejus communione deceffiffent. Hujufmodi oblationes initio ex fola fidelium voluntate procedebant, fed poftea converfæ funt in laudabiles confuetudines, & nunc hæredes cogi poffunt ad præftandas oblationes, quæ populorum moribus receptæ funt. Atque hæc funt jura, quæ *funeraria* dicuntur, quæque ob curam animarum parocho debentur.

Quod fi aliquis extra Ecclefiam parochialem tumulo mandetur, ex iis rebus, quæ ad aliam Ecclefiam funeris caufa delata funt, pars aliqua detrahitur, quæ dicitur *quarta funeraria*, feu *canonica*, & parœciæ tribuitur. Nam juftum vifum eft aliquid ex iis rebus dare Ecclefiæ parochiali, quæ defuncto curam fpiritualem impendit. Hæc autem portio non eadem ubique eft, fed alibi quarta, alibi tertia, alibi major, aut minor pro gentium moribus: verum, quantacumque fit, femper *quarta* appellatur; atque ex confuetudine, pactifque conventis nofcitur, quibus ex rebus detrahenda fit. Generatim tamen non detrahitur ex donationibus inter vivos, neque ex legatis miffarum, & anniverfariorum, atque ex cæteris, quæ pia relicta dicuntur.

Ecclefiaftica fepultura pars eft chriftianæ communionis, quæ etiam poft mortem manet; ideoque ab illa repelluntur, qui viventes ea communione carebant, atque ab Ecclefia fejuncti ex hac vita migrarunt. Quomo-

mobrem ecclesiastica sepultura privantur judæi, ethnici, infideles omnes, atque etiam infantes mortui sine baptismo, apostatæ, hæretici, schismatici manifesti, nominatim interdicti; excommunicati vitandi, qui nimirum palam in clericum violentas manus injecerunt; & quos Judex Ecclesiasticus nominatim excommunicatos declaravit; qui sibi mortem consciverunt, nisi eos furore actos id egisse constet; qui in singulari certamine, aut in torneamentis, quæ mortis periculum habent, interfecti sunt; qui in Paschate Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramentum voluntarie omiserunt; usurarii manifesti; monachi mortui cum peculio; fures, & latrones in crimine deprehensi, & occisi; raptores Ecclesiarum, qui non satisfecerint; denique omnes publici peccatores, qui sine pænitentia decesserint. Quod si horum aliquis in loco sacro sepulturam habuerit, ejus cadaver, modo internosci possit, e sepulcro educendum est, atque in profano collocandum.

QU. XVIII.

Aveo aliquid audire etiam de Parabolanis.

§. I. PArabolanorum mentio habetur in Cod. Theodos. Lib. XVI, tit. II, de Episc. leg. 42, uti hæc leguntur: *Quia inter cætera Alexandrinæ legationis inutilia, hoc etiam Decretis scriptum est, ut Reverendissimus Episcopus de Alexandrina Civitate aliquos non exire, (quod quidem terrore eorum, qui PARABOLANI nuncupantur, legatione insertum est) placet nostræ clementiæ ut nihil commune Clerici cum publicis actibus, vel ad Curiam pertinentibus habeant &c.* & in 43: *PARABOLANI, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, quingentos esse ante præcepimus; sed quia hoc minus sufficere in præsenti cognovimus, pro quingentis sexcentos esse præcipimus*. Jacobus Gotofredus in Not. ad leg. 42, hos *Parabolanos* in Clericorum numero ponit. Cæsar Baronius ad an. 416, eos Clericorum numero minime eximit: id tantum contendit, illos Ecclesiasticorum Ordinum numerum neutiquam auxisse, sed ex minoribus Ordinibus delectos, qui *Parabolanorum* officio fungerentur. Ego vero nec ullum *Parabolanorum* Ordinem unquam extitisse existimarim, nec ullis illos minoribus ordinibus initiatos putarim. Nam nec *Parabolanorum* ordinationem ulla commemorant Euchologia, nec tot minores Clericos Alexandrina Ecclesia unquam numeravit, ut ex illis sexcenti Parabolani ex Theodosii decreto eligi potuerint. Quod igitur de Copiatis dictum est, id etiam de Parabolanis dicendum esse mihi videtur, nimirum nomine, jure, & honore Clericorum donatos fuisse, nullo autem Clericali charactere insignitos.

§. II. Parabolani id habebant operis, ac muneris, ut ministrarent iis, qui adversa valetudine conflictabantur, &, quia grassante peste, vitam suam mortis periculo objectabant, ideo parabolani dicti fuerunt. Sic παράβολος apud Aristophanem, & ῥίψοκίνδυνος is dicitur, qui se se in vitæ discrimen conjicit. Nec Acursium audio, qui Medicos *parabolanos* vocari solitos ait, eo quod multas loquacitatis plenissimas eructent parabolas, nec Alciatum, qui *parabolanos* a voce παρὰ, & βῶλος infimæ plebis homines, quasique glebæ adscriptos est interpretatus.

§. III. Hi Parabolani Clericorum nomine, jure, & honore dignati in exiguum sane temporum, ac regionum spatium conclusi, coactique fuerunt. Nam nec ante Theodosium, (an. 418.) nec post Concilium (a) Chalcedonense (an. 451.) ulla eorum

(a) Concil. Chalcedon. Act. I, Tom. IV Concil. pag. 252, de Concil. Ephes. Ir-

rae-

rum commemoratio; nec ex Alexandrinæ, atque Ephesinæ Ecclesiæ finibus egressi ii sunt. Quod permirum sane videri debet, tam necessariam hominum classem & tam sero cœpisse, & tam cito desiisse, & tam exiguis regionum finibus conclusam fuisse, nisi fortasse existimare velimus, per ea tempora Alexandriam, atque Ephesum tantam gravissimorum, ac pestilentissimorum morborum vim invasisse, ut extra ordinario valetudinariorum ministrorum ordine opus fuerit; cæterum scimus huic tam necessario muneri, atque operi Christianos (absque *parabolanis*) nullo unquam tempore defuisse. Quis enim ignorat, quam præclara atque eximia charitatis exempla ediderint prisci Christiani in eos, qui misero pestiferoque morbo premebantur? Satis enimvero erit ea memorare, quæ apud Eusebium Lib. VII H. E. cap. XXII, Dionysius Alexandrinus ad posterorum memoria propagavit. *Repente*, inquit, *ingruit lues illa . . . Urbis vero . . . meditamentum fuit, ac probamentum, perinde ac cætera. Non enim à nobis abstinuit lues, licet plurimum in gentiles grassata sit . . . . . Plurimi quidem in fratribus nostris ob nimiam charitatem curam omnem propriæ salutis abjicientes, sibique mutuo adhærescentes, dum ægros secure, atque audacter invisunt, eisque assidue ministrant, & curationem adhibent in Christo, cum illis mortui sunt; aliorum ægritudine libentissime se se implentes, & proximorum morbum in se met ipsos quodammodo attrahentes, doloresque eorum sponte sua exprimentes, atque extergentes. Multique adeo, qui alios ægrotantes curaverant, & in pristinam valetudinem restituerant, ipsi interierunt, mortem eorum in se ipsos traducentes; verbumque illud vulgare, quod officiosæ dumtaxat comitatis hactenus visum fuerat, reipsa adimplentes, cum aliorum peripsema effecti ex hac vita migrarent. Et hoc quidem pacto optimi quique ex fratribus nostris, quorum nonnulli PRESBYTERI erant, ac DIACONI, & in populo laudatissimus quisque mortem oppetierunt, adeo ut genus hoc mortis ob pietatem, & constantiam nequaquam inferius Martyrio censeatur. Hi ergo Sanctorum corpora supinis manibus, gremioque excipientes, oculos illis, & ora claudentes, bajulantes eadem humeris suis, componentes, adhærescentes illis, complectentes, lavacro, & vestimentis ornantes, paulo post eadem officia ab aliis consequuti sunt.* Atque hæc pietatis, charitatisque exempla Sæculo XIV a Parisiensibus (*b*), S. Caroli Borro-

---

ruebant in Ecelesiam milites, cum armis instabant Monachi, quicum Barsuma, & *Parabolani*, & multitudo alia grandis.

(b) Encyclop. Theolog. V. *Hospital*, l'*Hôtel Dieu de Paris*, pag. 205. L'an 1348, pendant la peste noire, qui enleva près des deux tiers des habirans de l'Europe, ces vertueuses filles pousserent la charité envers les malades jusqu'à l'héroïsme. La multitude de celles qui périrent en assistant les pestiférés ne rebuta point le courage des autres; il fallut renouveler plusieurs fois leur communauté; mais elles braverent la mort tant que dura la contagion. C'est en 1630, que ces Religieuses ont été réformées, & mises dans l'état où elles sont aujourd'hui: elles sont habillées de blanc, avec un voile & un manteau noir; leur nombre est ordinairement de quatre-vingt. *Recherches sur Paris, par M. Ta-il.*

Borromæi ætate à Mediolanensibus (c), nostra autem memoria a Massiliensibus, Avenionensibus, Messanensibusque sunt renovata.

§. IV. Equidem nobis modo desunt, qui *Parabolani* vocentur; at non desunt tamen, qui miserorum, ægrorumque curam suscipiant. Non desunt Xenodochia, Orphanotrophia, Nosocomia, Ptochotrophia, Gerontocomia, Brephotrophia ad hospites excipiendos, orbos educandos, ægros curandos, senes alendos, infantes lactandos, nutriendosque compa-

---

illot; *Histoire des Ordres religieux*, tome 3.

Rien n'est certainement plus admirable que la charité & le courage avec lequel ces vertheuses filles soignent les malades les plus infects: dans cette maison, persone n'est refusé ni rebuté; c'est l'asyle général de la pauvreté soufrante. On y voit souvent des persones de la plus haute naissance, qui se chachent aux ieux du monde pour aller partager avec les Religieuses les fonctions charitables de leur état; la religion seule peut inspirer cet héroïsme; il n'y en eut jamais d'exemple avant la publication de l'Evangile, ni hors du Christianisme.

Pendant l'incendie qui ariva dans cette maison en 1772, l'on ne put voir, sans être édifié & atendri, M. l'Archevêque de Paris, le Clergé séculier & régulier, les primier Magistrats, accourir pour sauver les malades, & les faire transporter dans l'Eglise cathédrale: le Temple du Seigneur devint le refuge des fideles soufrans, & les actions de grâces de ces malheureux échapés du danger se réunirent aux chants & aux lovanges des Ministres des autels.

(c) Roberti, dell' Amor verso la Patria pag. 213. Quella Milano, che ora risplende di fioriti panni, che ora abbonda di squisite mense, ch'ora si allegra di giulivi festeggiamenti, ai tempi di S. Carlo intristì taciturna squallida gemebonda. La peste spogliava del pari i palagi, e i tuguri. Gli abitatori vivi mancavano alle case; ed ai morti mancavano i feretri, ed i sepolcri. Io non ho la tetra vaghezza di funestare la immaginazion del lettore con descrizioni lugubri. Restringomi ad asserire che la vigilanza, e la cura di quel tanto periglio fu tutta del Borromeo; e che il Borromeo fu il padre di tutti, e però il vero padre della sua Patria. Non lo descriverò nell'atto di rinnovare, benchè quaresima non fosse, la cerimonia di spargere sulle teste il cenere penitenziale, cenere che avrà ricordata allora la umana caducità, eziandio cadendo sopra biondi capelli, e sopra fronti giovanili, più che non la ricorda oggi dopo le cene, e le danze sparso sopra le fronti appassite, ed i cranj canuti. Non lo descriverò in atto di portare un inalberato pesante Crocifisso, in cui egli pastor amoroso e mediatore fra la terra, ed il Cielo teneva fissi immobilmente gli occhi bagnati di lagrime; mentre intanto le ignude piante straziate bagnavan di sangue gli sterpi, ed i sassi. Non lo descriverò arrestato colla divina Eucaristia in mano da una ambasceria pubblica, perchè si astenesse da quella amministrazione de' Sacramenti, e guardasse più la sua vita, dalla qual dipendevano le vite di tanti altri: egli s'intrattiene sorpreso, ascolta grave, risponde amorevole, ed entra pietoso alla camera di un sacerdote, cui vuole prestare il viatico. Ometto simili cose; perchè non esalto ora Carlo Borromeo come un Vescovo, nè come un Santo, lo esalto come un cittadino utile, e come un proveditore politico. Allontanatosi dalla città il Governatore supremo, ricovratisi li nobili cospicui negli asili dei loro feudi, e delle loro castella, egli chiamò i rimasti, e costituì una novella forma di legislazione, e di correggimento. Intanto i servitori dimessi dalle famiglie, i garzoni licenziati dalle botteghe, gli artefici oziosi di ogni mestiero formarono colle moglie desolate, e coi figli famelici uno squadrone, umile bensì e supplichevole, ma confuso e disperato che assalì coi lai, e colle lagrime il palazzo dell' Arcivescovo. Dimorare in Milano era un' afflizione, uscirne una impossibilità; perchè i Mi-

parata (*d*). Non desunt cum Clericorum, tum Laicorum Sodalitates ad misericordiam in calamitosis hominibus morboque oppressis adhibendam institutæ, non desunt denique Regulares Ordines, qui ex voto institutoque macie, tabo, senioque confectis dexteram tendant, opem porrigant, auxilium ferant (*e*). Haud est, quod nostra ætas Juliani (*f*)

---

i Milanesi erano interdetti dal fuoco, e dall' acqua per ogni società delle vicine contrade. Non si sgomentò l'intrepido uomo. Di tal gente creò soldati, sentinelle, infermieri, fornaj, cuochi, lavoratori di lini, purgatori di lane. Quattrocento più scelti adunò in Melagnano al palagio detto della Vittoria fabbricato dal Re Francese Francesco primo: ed ivi determinò una disciplina di ore, e di occupazioni che fu maravigliosa. Per suo consiglio si costrussero fuor delle porte solitarj recettacoli, e villerecce capanne. Usciva anch'egli fuor delle mura per li dintorni a cavallo; nè dalla sella giù discendeva per riposare, o per mangiare, ma solamente per provvedere, e per consolare. Se assiso sul suo destiere aveva con poco pane calmata a disagio la natural indigenza, dopo le diurne fatiche, e scorrerie attendendo sulla tarda sera una frugal cena, defraudò qualche volta anch' essa l'espettation dei famelici. Fu a suo carico nel tempo della pestilenzia il pascere ogni giorno da sessanta in settanta mila persone. Il denaro non mancò: eppure allora si tacquero le gride degli onerosi tributi, e s' interruppero le esazioni degl' inquieti gabellieri. Le sue prediche, ed i suoi prieghi trassero dalle mani e dalle orecchie delle matrone pendenti, e anella; ma egli si trasse il primo dal dosso le vesti, e le lenzuola dal letto, che donò poi intero ad un poveretto. Ottocento braccia di panno rosso, e settecento di pavonazzo si misurarono per coprire carni nude di miseri. Già prima gli argenti, e le pellicce erano passate dell' Episcopio allo Spedale dei vecchj. Non più restarono in casa nè portiere, nè tende, eccetto la fodera di un tapetto che divenne la coperta della sua tavola, e conservò tal onore fino alla morte di lui. Insomma il munifico cittadino diede tutti gli averi per soccorrere a tutti i bisogni moltiplici, cotidiani, improvvisi, miserandi, che tutti credeva egli essere bisogni veracemente e propriamente suoi. Pensò sistemi, dettò leggi, scelse ministri, preservò sani, divise infermi, distribuì ospizj, rinserrò alberghi, inviò esploratori, determinò custodi, alimentò nutrici, e fece ai lattanti pargoletti prestar servigio ezjandio le capre, vegghiò giorno e notte, scorse ogni loco, visitò pressochè ogni malato, fino a recarsi via in seno un bambino tolto dalle poppe di una madre infetta. Insomma fu l'angelo tutelare di Milano.

(*d*) Consule Thomassin. Vet. & Nov. Eccl. Discipl. part. I, lib. II, cap. 89, & seqq. & Ludovicum Muratorium Antiq. Itali. Diss. XXXVII.

(*e*) Encyclop. Theolog. V. *Hospitaliers*. Il y a un grand numbre d'ordres ou Congregations de ces hommes utiles, comme les Freres de la Charité, ou Religieux de Saint Jean de Dieu, les Cellites, les Clercs réguliers serviteurs des malades, les Freres Infirmiers Minimes, ou Obrégons, les Bethlémites &c.

Ibid. V. *Hospitalieres*. Religieuses qui se sont dévouées au service des malades, des pauvres, des enfans abandonés, &c. Un Philosophe de nos jours, dans un de ces momens de raison qui ne lui étoient pas ordinaires, a dit: „ Peut-être n'y a-t-il rien de „ plus grand sur la terre que le sacrifice que „ fait un sexe délicat de la beauté, de la jeunes- „ se, souvent de la haute naissance & de la „ fortune pour soulager, dans les hôpitaux, „ ce ramas de toutes les miseres humaines, „ dont la vue est si humiliante pour l' or- „ gueil humain, & si révoltante pour no- „ tre délicatesse. Les peuples, séparés de „ la Communion romaine, n'ont imité qu' „ imparfaitement une charité si généreuse „. *Essai sur l' Hist. génér.* tome 4, in 8, c. 135.

On

(f) temporibus invideat, quibus Christianorum pietas, ac liberalitas in Xenodochiis excitandis, ditandisque Ethnicorum oculos perstringebat, ipsiusque perfrictum Juliani os pudore suffundebat. Equem modo non pudeat Protestantium, cum videat, hæc tam præclara Christianæ pietatis, charitatis, ac Religionis monumenta apud eos per summum dedecus, atque ignominiam direpta esse, apud Catholicos vero quotidie au-

---

On est étoné quand on pense à la multitude d'*Hospitalieres* de toute espece que renferme la seule ville de Paris. L'Hôpital général, ou de la Salpêtriere, l'Hôtel-Dieu, les maisons de la Pitié, de la Miséricorde, de la Providence, les hôpitaux de la Roquete, de S. Julien, de S. Gervais, de Sainte Catherine, de la Charité de Notre-Dame, de S. Louis, &c. sont soignés par des filles. Il faut y ajouter les services que rendent, dans les différens quartiers, les Soeurs Grises, ou Soeurs de la Charité, les Filles de S. Thomas de Villeneuve, les Miramiones, &c. Dans les autres villes du Royaume, il en est de même à proportion. L'on connoît les Filles-Dieu de Rouen, d'Orléans, de Cambray, les *Hospitalieres* du S. Esprit, de la Charité Notre-Dame, de S. Jean de Jérusalem, de la Merci, de S. Augustin, de S. Joseph, de S. Charles, de Sainte Marthe, les Soeurs noires, les Soeurs de la Faille & de la Celle, &c. Nous voudrions pouvoir n'omettre aucun de ces Instituts, parce que ce sont autant de trophées érigés à la gloire de la Religion Chrétiene & Catholique. Nous n'avons pas besoin d'un autre signe pour distinguer les vrais Disciples de Jesus-Christ d'avec ceux qui en prenent faussement le nom. „ L'on „ connoîtra, dit-il, que vous êtes mes Dis„ ciples, si vous vous aimez les uns les autres". *Joan. c. 13. ℣. 35.* Pour nous faire connoître en quoi consiste l'amour du prochain, il propose la parabole du Samaritain, qui prend pitié d'un malheureux blessé, le soigne, & lui procure du secours. *Luc. c. 10, ℣. 33.*

Parmi les *Hospitalieres*, les unes font des voeux solemnel, les autres des veux simples, plusieurs ne les font que pour un an, quelques-unes n'en foint poin. Sous divers habits, sous des regles différentes, avec des régimes très-varié, leurs services sont les mêmes. Les Protestans, en condamnant très-imprudemment le célibat & les voeux monastiques, ont étoufé le zele charitable des fideles de l'un & de l'autre sexe qui se consacrent au service des malheureux; les persones mariées ont d'autres obligations à remplir; elles sont occupées, dit S. Paul, des choses de ce monde, & du soin de se plaire l'une à l'autre; les célibaraires & les vierges sont occupés de Dieu & de leur sanctification, *I Cor. c. 7, ℣. 35*, & ils savent qu'un des moyens les plus sûrs de se sanctifier est de se consacrer au service du prochain.

(f) Gregorius Nazianzenus *orat. 3, num. 95, pag. 102, Opp. tom. 1, edit. Colon. 1690*, Julianum Apostatam rider, quod Infidelibus Christianorum exemplum proponens eos hortetur ad excitanda xenodochia καταγώγια τοῖς ξένοις. Ipse Gregorius *orat. 20, pag. 359*, ptocotrophia a S. Basilio extra Urbem Episcopalem magnificentissime extructa memorat. Celebre est etiam xenodochium Romæ a Pammachio, & Nosocomium a Fabiola erectum, uti narrat Hieronymus *ep. 66 ad Pammachium n. 11, & ep. 77 ad Ocean. num. 6, Opp. tom. 1, col. 399, & 457, edit. Vallarsii Veronæ.* Denique Theodoretus *histor. lib. 5, cap. 19, pag. 219, edit. Cantabrig.* narrat, Flacillam Augustam Theodosii M. uxorem in Ecclesiæ xenodochiis abjecta quæque munera exercuisse.

Fleury Moeurs des Chretiens, §. 51. Dès les premiers siecles du Christianisme, une partie considérable des biens de l'Eglise fut appliquée à fonder & entretenir des *hôpitaux* pour les différentes especes de misérables. La politique des Grecs & des Romains alloit bien à banir la fainéantise & les mandians valides, mais on ne voit point chez

augeri, ac in dies majora fieri? Nonne hæc una res satis clamat, illos non esse veræ Ecclesiæ alumnos, unosque Catholicos veros esse Christi discipulos? *In hoc cognoscent, quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis ad invicem*. Joann. XIII, 35.

QU.

chez eux d'ordre public pour prendre soin des misérables qui ne pouvoient rendre aucun service. On croyoit qu'il valoit mieux les laisser mourir de faim que de les entretenir inutiles & soufrans, & s'il leur restoit un peu de courage, ils se tuoient bientôt euxmêmes. Les Chrétiens, ayant principalement en vue le salut des âmes, n'en négligeoient aucune & les hommes les plus abandonés étoient ceux qu'ils jugeoient les plus dignes de leurs soins. Ils nourissoient non seulement leurs pauvres, mais encore ceux des Païens; Julien l'Apostat en étoit confus, il auroit voulu qu'à leur imitation l'on établit des *hôpitaux* & des contributions pour les pauvres; mais une charité uniquement fondée sur la politique, n'a jamais produit de grands effets.

Aussi-tôt qu l'Eglise fut libre, on bâtit différentes maisons de charité, & on leur donnoit différens noms, suivant les différentes sortes de pauvres. La maison où l'on nourissoit les petits enfans à la mamelle, exposés, ou autres, se nommoit *Brephotrophium*, celle des orphelins, *Orphanotrophium*, *Nosocomium* étoit l'*hôpital* des malades, *Xenodochium* le logement des étrangers, c'étoit là proprement l'*hôpital* ou la maison d'hospitalité. *Gerontocomium* étoit la retraite des vieillards; *Ptochotrophium* étoit l'asyle général pour toutes sortes de pauvres. Bientôt il y eut de ces maisons de charité dans toutes les grandes villes. „ Les Evêques, dit S. Epiphane, *Her.* 75, n. 1, par charité pour „ les étrangers, ont coutume d'établir ces „ sortes de maisons, dans lesquelles ils placent les estropiés & les malades, & leur „ fournissent la subsistance autant qu'ils le „ peuvent". Ordinairement c'étoit un Prêtre qui en avoit l'intendance, comme à Alexandrie S. Isidore, sous le Patriarche Théophile, à Constantinople S. Zotique, & ensuite S. Samson. Il y avoit de riches particuliers qui entretenoient des *hôpitaux* à leurs dépens, & qui y servoient eux mêmes les pauvres, comme Saint Pammachius à Porto, & S. Gallican à Ostie.

Les saints Evêques n'épargnoient rien pour ces sortes de dépenses; ils avoient soin de faire donner la sépulture aux pauvres, & de racheter les captifs qui avoient été pris par les barbares, comme il arivoit souvent dens la chute de l'Empire Romain. Ils vendoient jusqu' aux vases sacrés pour ces aumônes; ainsi en agirent Saint Exupere de Toulose, & Saint Paulin de Nole. Ils racheroient aussi des esclaves servans dans l'Empire, sur-tout lorsqu'ils étoient Chrétiens & que leurs maîtres étoient Juifs ou Païens.

QU. XIX.

Quid sentis de Catechistis, Ecclesiecdicis, Œconomis, Martyrum Custodibus, Notariis, atque Hermeneutis?

§. I. IDem, quod Benedictus XIV. Accipe igitur ejus orationem. „ Ut sententiam nostram aperte dicamus, nunquam Ecclesiam Latinam alios Ordines agnovisse credimus præter eos, quos singulatim recensuit Cornelius Papa. Quia vero Clericis aliquo ex iis Ordinibus initiatis diversa committebantur officia, ex istorum diversitate diversam pariter sortiebantur nomenclaturam. Cæterum si ex diversis officiis, quibus Clerici addicebantur, & diversa, quam inde assequebantur, nominis appellatione, Ecclesiasticorum Ordinum diversitas inferretur, nimium ingens sane fuisset apud Majores nostros minorum Ordinum numerus. Etenim in Ecclesiasticis tabulis recensentur (a) Cathechistæ veluti specialem gradum in Ecclesia obtinentes, & tamen discimus à Cypriano Ep. 24, ad hoc munus obeundum aliquem inferioris Ordinis Clericum seligi consue-

(a) Selvag. Antiq. Christ. Lib. I, part. II, cap. III, §. XI, n. 29. A Catechistis Catechumeni primis Religionis elementis instituebantur, & sic ad recipiendum Baptisma præparabantur. Eo Presbyteri aliquando, & Diaconi persuncti sunt, uti ex Chrysostomo, & Augustino patet: interdum vero etiam Lectores, & alii inferiores Clerici, uti de Optato Lectore Cyprianus *Epist. XXIV, al XXIX*, & de Origene non adhuc sacro aliquo Ecclesiastico Ordine insignito Eusebius *Lib. VI, cap. 3*, & Hieronymus *de Script. Eccles. in Origene* testantur. Ipsi quoque Episcopi nonnunquam Catechumenos baptismati proximos, statuta aliqua die, plerumque Dominica Palmarum, publice in Ecclesia catechizabant: quod & quædam Ambrosii Epistola, & Theodori Lectoris Collectanea perspicue produnt.

Docebant autem Catechistæ in exedris Ecclesiæ. S. Ambrosius *ep. 20 ad Marcellinam num. 4, col. 901, edit. Venet. tom. 3*, se Competentibus in Baptisterio symbolum tradidisse scribit. Erant autem, ut plurimum, distincta, sed ecclesiæ conjuncta, in quibus catechumeni instituebantur, quæque *catechumenia*, sive *catechumenorum mansiones* dicuntur a Leone *Novell. 73*, atque a Concilio Trullano *can. 97, in Delect. actor.* tom. 1, col. 574, & Balsamone, ac Zonara *in eum can.* apud Beveregium *Pandect. canon. tom. 1, pag. 275, edit. Oxonii* 1672. Cum Episcopus, aut Presbyter catecheses habebant, eas habebant etiam in Ecclesia, cæteri extra eam; atque hinc Demetrius Alexandrinus graviter reprehendit Alexandrum Episcopum Hierosolymitanum, & Theoctistum Episcopum Cæsareensem, quod Origeni, cum nondum esset Presbyter, publice in Ecclesia concionandi facultatem dedissent. Confer Valesium *in Euseb. lib. 6, cap. 19, pag. 283, n. 3, edit. Cantabrigiæ* 1720.

S. Augustinus singulari libro, quem edidit,

„ suevisse, quin idcirco ad novi „ Ordinis gradum promoveretur. „ Optatum (ait Cyprianus) inter Le„ ctores Doctorem audientium consti„ tuimus. Erat pariter Ecclesiecdici, „ sive Defensores (*b*) pauperum, & „ Defensores (*c*) Ecclesiarum. De „ illis sermo est in Concilio Carthagi„ ginensi

dit, *de catechizandis rudibus*, & cujus veluti summam edidit Alcuinus *epist. 7 ad Carolum M. pag.* 1487, *edit. Paris.* 1617, ritus tradit in catechumenorum institutione servandos. Consule Chardonium *Histor. sacram. lib. 1, cap. 3.*

Nostrorum Catechistarum muneri videtur respondere illud, quod nunc gerit in Ecclesia Constantinopolitana *Praefectus luminibus*, quem Bonefidius vocat *Luminarium*: ejus est curam gerere recens illuminatorum, seu baptizatorum. Is obtinet secundum locum quartae Pentadis.

(b) Selvagius ibid. n. 32. *Defensoris pauperum* munus in eo erat, ut si quis ex pauperibus, virginibus &c. ad Ecclesiam pertinentibus a divite quodam injuriam pateretur, vel opprimeretur, ei succurreret, & ad magistratus de adtribuendo illi jure adiret. Hac de re Synodi Carthaginiensis V, *Canon IX*, in hunc modum decernit. *Ab Imperatoribus universis visum est postulandum, propter adflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum Episcoporum provisione delegentur.*

Defensoris munus in Ecclesia Constantinopolitana sustinet Protecdicus, cui inter Exocatocoelos locus datus est, & in sexta primae Pentadis sede locatus. De hoc ita Gretserus in Codinum cap. V. Protecdicus vertitur a Bonefidio *Primarius actor*; rectius, *primus defensor*. Ejus officium erat, teste Codino, *curam gerere captivorum*. Vocatur ab eodem *Judex controversiarum, quae in accusatione versantur*.

Observandum est etiam in Romana Ecclesia fuisse antiquitus *Defensores*; unumque ex illorum numero praecipuum, qui *primus Defensor* audiret. Quorum officium breviter describitur (verba Onuphrii refero) a Pelagio in *Rescripto* ad Antoninam Patritiam, quae postulabat Monachum fieri *Defensorem*, in quo ostendit officium Monachi & *Defensoris* convenire non posse. *Illis enim* inquit, *quies, oratio, labor manuum* (competit): *at iis causarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, & quaecumque vel Ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. Ex Decreto Urbani patet, Procuratoris nomine intelligi quemlibet Ecclesiasticarum rerum administratorem, ut verbi gratia*, Praepositum, Oeconomum, Vicedominum; Defensoris nomine advocatum, sive Castaldum, & judicem &c. *Quorum quidam Defensores sine adjectione; quidam Defensores Regionarii dicti sunt, quod scilicet in singulis regionibus distributi essent. Quorum primus vel princeps Primicerius defensorum dicebatur, magnae in Ecclesia Romana existimationis*. Haec Onuphrius in explicat. vocum Ecclesiast.

Docet Baronius, *Regionarios Defensores* institutos fuisse a S. Gregorio anno Domini 598, ut sicut erant septem *Regionarii* Notarii, & totidem *Regionarii Diaconi*; ita etiam essent septem *Defensores* Regionarii, caeteris dignitate praestantiores; de quibus, qui plura cupit, is Baronium consulat anno 598.

(c) Selvag. ib. n. 33. *Defensoris Ecclesiae* munia illa potissimum erant. 1. Ecclesiae, vel cujusvis Ecclesiastici caussam agendam suscipere, ubi quis ex Clericorum coetu injuria affectus, vel oppressus a civili quodam judicio in integrum restitui opus haberet. Immo & ipsos quoque Imperatores adibant, si id caussae ratio postularet: uti ex Lege quadam Arcadii, & Honorii liquet. *Cod. Theodos. Lib. XVI, Tit. II, Leg.* 38.

2. Jura Legibus Imperatoriis Ecclesiae concessa tueri, ac eorundem violatores coram magistratibus persequi: uti ex eadem Lege.

3. Per Canonem quendam Concilii Chalcedo-

„ ginensi V anni 401, cap. 9. De „ illis mentio fit in Concilio Chal- „ cedonensi can. 23. Utrosque ve- „ ro, quamvis Petavius in Not. ad „ Epiphan. hæres. 62, n. 10, inter „ Laicos collocet, attamen Mori- „ nus exercit. XVI, cap. 6, n. 16, „ ex Ecclesiasticis monumentis con- „ stare asserit, ea munera nonnisi „ Clericis consuevisse committi. E „ Clericorum numero eligebantur Œ- „ conomi (*d*), de quibus in Conci- „ lio,

cedonensis potestate quoque instructi erant otiosos Monachos, & Clericos admonendi, qui sine venia, vel mandato Episcopi sui in regiam Civitatem Constantinopolim commeabant: immo etiam vi inde expellere poterant, & ad lares suos repetendos adigere, si admoniti nihilo secius ibi commorari pergerent. (*Concil. Chalced. Can. XXIII.*)

4. Copiatarum cura Defensoribus commissa erat, tum ut ipsis prospicerent, tum ut caverent, ne præter leges ipsorum munia, ac reditus inde percepti administrarentur. (*Justinianus Novella LIX.*)

5. Tandem inquirebant in Clericos ad Ecclesiam pertinentes, num matutinæ pariter, ac vespertinæ Liturgiæ interessent; & ad Episcopum referebant de iis, qui eam neglexissent. (*Justinianus Lib. I, Tit. III, Leg. 42.*) Atque isthæc præcipua fuere in veteri Ecclesia Defensorum munia. Nulla namque spirituali in Clericos potestate fruebantur.

Hoc officium viget etiam nunc in Ecclesia Constantinopolitana, illoque fungitur Magnus Sacellarius, qui in prima Pentade inter exocatocœlos secundus sedet.

De Defensoribus Ecclesiarum consule Ludovicum Muratorium Diss. Antiquitat. Italicar. medii ævi Diss. LXIII, quæ inscribitur: *Degli Avvocati delle Chiese, e dei Visconti.*

(*d*) Selvag. ibid. n. 35. Quamvis antiquitus redituum Ecclesiasticorum cura ad Episcopum unice spectasset, qui in iisdem Clericis, vel pauperibus dispensandis Archidiaconi opera utebatur; attamen quarto, & quinto Sæculo reditibus augescentibus, atque Episcopo, ipsiusque Archidiacono gravioribus negotiis implicatis, Ministri in hunc finem *Œconomorum Ecclesiæ* nomine instituti sunt, quibus ea cura demandata est. Verum in quibusdam Ecclesiis eo quoque consilio constitui cœperunt, ne Episcopi dissipatorum Ecclesiæ redituum nomine a Laicis, vel etiam a Clericis accusarentur: uti ex Fragmentis Concilii Tyrii, & ex Concilii Chalcedonensis *Canone XXVI* colligitur. Iidem hi Canones illud quoque disertis verbis præcipiunt, ut Œconomi ex Clero eligantur; quæ sane constans videtur fuisse Ecclesiæ praxis; uti ex Actis Concilii Ephesini, ex Liberato, Possidio, Socrate, aliisque manifesto evincitur.

Duo hic notanda. Primum: Speciatim Sede vacante Œconomi partes fuisse redituum Ecclesiæ curam gerere, ac prospicere, ut Episcopo eligendo integri reservarentur. Ita Concilium Chalced. Can. XXV. Alterum: Œconomos communi Clericorum suffragio fuisse eligendos, quippe qui redituum ad universum Clerum pertinentium curam gererent. Hinc Theophilus Episcopus Alexandriæ in Epistolis suis Canonicis de Œconomi Electione hæc habet: *Ut totius Sacerdotalis Ordinis sententia alius renuntietur Œconomus, in quo Apollo Episcopus consentiat, ut bona Ecclesiæ in ea, quæ oportet, impendantur.*

Encycl. Theolog. V. *Econome*. On appella ainsi au quatrieme & au cinquieme siecle les Administrateurs des biens de l'Eglise. Dans les siecles précédens, ces biens étoient entiérement à la disposition des Evêques; mais comme ce soin leur étoit fort à charge, & leur déroboit une partie du temps qu'ils devoient donner aux fonctions de leur ministere, ils chercherent à s'en délivrer. S. Augustin offrit plus d'une fois de rendre les fonds que son Eglise possédoit, mais son peuple ne voulut jamais les recevoir. *Possid. in vita S. Aug. c. 24.* S. Jean Chrysostôme reprochoit aux Chrétiens que

„ lio Ephesino Act. I, & in Conci- „ lio Chalcedonensi can. 2, & can. „ 26. Custodibus Martyrum (e) ita „ dictis, quod ipsis concrederetur „ custodia Ecclesiarum, ubi sepultæ „ erant Martyrum corpora, Cleri- „ calem gradum attribuit Synodus, „ quæ dicitur Romana sub Silvestro „ Papa, ubi de iis, qui in Ecclesia „ militare, & proficere desiderant, „ decernitur, ut in pluribus gradi- „ bus aliquo temporum intervallo „ morentur, ac quinque annis Cu- „ stodes Martyrum existant, ante- „ quam ad Diaconatus, vel Presby- „ teratus Ordinem ascendant. Quam- „ vis enim hæc Synodus spuria ha- „ beatur, exhibet tamen discipli- „ nam sæculi sexti, quo creditur „ conficta. Notarios (f) quoque, „ qui

---

que par leur avarice & leur négligence à secourir les pauvres ils avoient contraint les Evêques de faire aux Eglises des revenus assurés, & de quiter la priere, l'instruction & les autres occupations saintes, pour s' occuper de soins qui ne convennoient qu'à des Receveurs & à des Fermiers. *Hom.* 85 *in Mato. c:* 27, ℣. 10. Ainsi, de même que les Apôtres s'étoient déchargés sur les Diacres du soin de distribuer les aumônes, les Evêques confierent l'administration des biens de l'Eglise aux Archidiacres, & ensuite à des *Economes* qui devoient en rendre compte au Clergé.

Quelques Evêques furent même accusés d'avoir laissé par négligence, ou par défaut d'intelligence, dépérir les biens de leur Eglise; ce fut une nouvelle raison qui engagea les Peres du Concile de Chalcédoine à ordoner que chaque Evêque choisiroit, parmi ses Clercs, un *Econome*, pour lui remettre l'administration des biens de l'Eglise, parce que les Archidiacres étoient assez occupés d'ailleurs, & qu'il étoit à propos de mettre le Sacerdoce à couvert de tout soupçon. L'élection de ces Economes se faisoit à la pluralité des suffrages du Clergé. Bingham, *Orig. Eccles.* l. 3, c. 12, Fleury, *Moeurs des Chrétiens*, §. 50.

In Ecclesia Constantinopolitana primum locum post Patriarcham tenet Magnus Œconomus; de quo hæc habet Gretserus in Codinum cap. I, n. 11. Quod attinet ad Œconomum, qui primus inter Exocatocœlos, ejus officium his verbis describit Codinus, interprete Junio: *Magnus Œconomus, qui in omnes possessiones Ecclesiæ auctoritatem habet, omnemque reditum, qui ex eis percipitur. Ministrat autem Sacerdoti summo, & Ecclesiæ hac Œconomica procuratione.* Quanto brevius, & distinctius dixisset: Magnum Œconomum esse illum, qui in omnes facultates proventusque Ecclesiæ jus habet; procuratorque Episcopi est simul ac Ecclesiæ. Breviter eumdem descripsit Balsamon: *Curam gerit Ecclesiasticarum facultatum magnus Œconomus.*

(e) Selvag. ibid. n. 38. Leges civiles aliquando mentionem injiciunt *Custodum Ecclesiarum, & Custodum locorum Sanctorum*: quos etsi Scriptores aliquando confundant, Gothofredus (*Not. in Cod. Theodos. Lib. XVI, Tit. II, Leg.* 26.) tamen inter eos distinguit; adeo ut Custodes Ecclesiarum iidem fuerint, ac *Ostiarii*, vel *Æditui*; Custodes vero locorum Sanctorum ea potissimum loca custodiverint, quæ specialiori *Locorum Sanctorum* titulo ornabantur: Uti Bethlehemum, Golgotha, Locus Sepulturæ Christi, Mons olearum &c. quæ, ut alibi videbimus, a Christianis quam frequentissime invisebantur.

In Ecclesia Constantinopolitana quintum primæ Pentadis locum occupat is, qui dicitur *Præfectus Sacelli*, qui in sua potestate habet omnes Ecclesias, & Sacellum; numeraturque inter Exocatocœlos.

(f) Selvag. ibid. n. 40. Sequuntur Notarii, quos latini exceptores, græci vero Ὀξυγράφους, & Ταχυγράφους dicunt, quod per notas, & compendia, quæ eorum ministerium postularet, conscriberent. Primus eorum

„ qui curam habebant instrumento-„ tum, & tabularum Ecclesiæ, ex „ Clericorum ordine fuisse colligi-„ tur ex Ennodio Ticinensi in vita „ An-

rum usus in eo videtur fuisse, ut ea exscriberent, quæ in Martyrum Examinatione, & Passione acciderent, quæque in Acta relata *Gesta Martyrum* appellabantur. Jam vero quamvis jam inde ab Ecclesiæ incunabulis istiusmodi Officium iis, quorum sedulitas huic muneri obeundo par erat, fuerit concreditum, uti ex Ignatii, Polycarpi, aliorumque veterum Martyrum sinceris Actis adparet; attamen ex antiquissimo Romanorum Pontificum catalogo Fabianum primum fuisse colligitur, qui publicum, & peculiare Notariorum munus instituerit. Jam vero securis temporibus ad scribenda Conciliorum Acta sunt adhibiti; uti ex Eusebio, *Lib. VII*, *cap.* 30, Socrate *Lib. II*, *cap.* 30, aliisque manifestum est. Diaconi plerumque hoc munere fungebantur, quibus unus e Presbyteris præficiebatur. Hinc in Actis Conciliorum Ephesini, & Chalcedonensis frequens *Aetii Diaconi*, *& Notarii*, *& Petri Presbyteri Alexandrini*, *& Primicerii Notariorum* occurrit mentio. Erat quoque aliud Notariorum genus, ii nempe, qui celebriorum Oratorum conciones excipientes describebant; quo pacto plures Chrysostomi, & Attici Successoris ejus conciones conservatas esse ex Socrate alibi observavimus. Tandem etiam Episcopi suos privatos habebant Notarios, quos inter fuere Alexandro Athanasius, & Attico Proclus; uti de priore Sozomenus, de altero Socrates testantur.

In Ecclesia Constantinopolitana in primo Secundæ Pentadis loco ponitur Protonotarius.

Sequitur Logotheta, quem Nicetas lib. 7 rerum a Manuale gestarum Latinis ait esse Cancellarium, qui a Cancellis nomen habet, ut ipsum nomen satis indicat . . . .

A ponendis seu discutiendis rationibus hoc nomen traxit. Hinc *Discussor rationum* a quibusdam appellatur; & forte non male *Rationalem* vocaveris.

Logotheta præest discutiendis & conscribendis rationibus, *tam quas reddunt qui ex plebe*, *quam qui ex ordine Ecclesiastico*.

Codinus ait magni Logothetæ esse *curare Imperatoris mandata & litteras*, *ad Reges*, *Sultanos*, *& Toparchas*.

In quarto Septimæ Pentadis loco recensetur Primicerius Tabulariorum: sic dicitur vel respectu Notariorum, quos infra se habet, vel respectu Tabulariorum seu Archivorum; ita ut Primicerius tabulariorum ille dicatur qui præest Tabulario seu Archivo, socius in hoc officio & administer Chartophylacis.

Lucius Ferr. V. *Cancellaria*. Cancellariæ Apostolicæ Collegium ex 72 Officialibus constans stabilivit Sixtus IV, *Constitut.* 16, incipient. *Divina*. Dicuntur Abbreviatores, *ibidem*. Aliqui sunt Præsidentes de Parco majori, & sunt 22. Alii 22 de Parco minori. Alii examinant Litteras, & iis Officialibus competit Litteras signare; qualitates eorum, ut assumantur, *ibidem*. Quomodo dividendæ inter eos? Possunt Officia resignare, vel libere, vel in favorem alterius; Litteræ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ; non possunt expedire Litteras non signatas a Vicecancellario; signatas possunt acceptare, & disponere, *ibidem*. Vicecancellario subduntur, & in hos ampla est potestas Vicecancellarii, *ibidem*. Cancellariæ Apostolicæ regulæ observandæ pro expeditionibus Litterarum reformatæ, & præscriptæ sunt a variis Summis Pontificibus, & novissime a *Benedict. XIV*, in Constitutione incip. *Sanctissimus*, per septuaginta duo capita. Cancellariæ Regulæ sunt certæ Constitutiones Apostolicæ, quas singuli Pontifices a principio sui regiminis circa causas Beneficiales, & Judiciales facere, vel a Prædecessoribus suis jam factas renovare, augere, vel minuere consueverunt. Et solent esse septuaginta duæ, ut ad earum numerum reduxit *Benedict. XIV*.

Cancellariæ Episcopalis exercitium non debet vendi, neque locari; sed debet exerceri per proprios Episcopi Ministros, statu-

„ Antonii Monachi Licinensis, quem „ refert, a Constantino Antistite in- „ ter Ecclesiasticos Exceptores seu „ Notarios cœlestem militiam jus- „ sum

ta provisione absque ulla participatione emolumentorum; quia sic subditi certiores erunt, se non gravari exactionibus indebitis, & pauperes consequendi majores, ac uberiores gratias, quam Affictuarii facere vellent, vel possent. Sic de mente Clementis VIII, *Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Neapolitana 26 Augusti 1592*, ut patet ex Litteris hac de re scriptis ad Archiepiscopum Neapolitanum præcisis his verbis. *La Santità di Nostro Signore col parere di questi miei Illustrissimi Signori della Sagra Congregazione sopra i Vescovi ha resoluto, che i Prelati non abbino ad affittar le Cancellarie de' loro Tribunali, ma quelle devono far esercitare da Ministri proprj da esse provisionati, senza dar loro participazione alcuna delli emolumenti, e proventi di essa; confidandosi, che con questo i Popoli abbiano a rimaner più sicuri da esazioni indebite, e i Poveri da conseguir più grazie di quelle, che puono far loro gli istessi Affittuarj. E acciocchè sii lecito ad ognuno veder, che non sii loro fatto aggravio, vuole anche sua Beatitudine, che ciascun Tribunale abbia la sua Pandetta, e tassa delle mercedi degli Officiali, stesa, ed attaccata in pubblico nella stanza della residenza de' Notari, di maniera che colui, che tratta nel Tribunale, possa a sua posta chiarirsi di quanto dee pagare; di che ora dò avviso a V. S. d'ordine della Santità sua, affinchè ella per quel che a lei tocca, così eseguisca, e per sue Lettere comandi a tutti i suoi suffraganei di commissione di sua Beatitudine; contro a' negligenti si manderà Commissario con spesa, e poca loro riputazione. E se paresse ad alcuno essergli ciò dannoso, abbia pazienza, perchè il guadagno consiste solo nel servizio di Dio, e nella salute, e buona soddisfazione de' Popoli. Di Roma 26 Agosto 1592.* Sic ad litteram refert Fagnan. *in capit. Quoniam 2, Ne Prælati vices suas, num. 24.* Pignatell. *tom. 8, consult. 11, num. 14.*

Ibid. Cancellarius Episcopi nihil accipere potest, nec ratione scripturæ, neque sigilli, neque laboris, aut alio titulo, sed gratis his, quorum interest, debet præstare hæc omnia, videlicet: *Approbationes ad audiendas Confessiones, licentiam administrandi Sacramenta, licentiam deserviendi Beneficii, licentiam sepeliendi Defunctorum corpora in Ecclesia, licentiam celebrandi Missas, licentiam colligendi eleemosynas, mandata publicandi in Ecclesiis eos, qui primam Tonsuram, vel Minores, ac Sacros Ordines suscipere voluerint.* Quo ad alia vero quæ sequuntur, poterit aliquid percipere, si nullum sibi salarium, vel stipendium constitutum fuerit; tuncque congruam tantum sui laboris mercedem, quæ quo ad Litteras collationis, vel institutionis Curatarum Ecclesiarum, vel deputationis Vicariorum in illis unum aureum; & quo ad Litteras Dimissoriales & Testimoniales decimum unius aurei nunquam excedat. *Pro Litteris Collationum, Institutionum, seu Provisionum Beneficiorum vacantium per obitum, vel per resignationem, etiam ex causa permutationis, vel alia; Pro litteris dimissorialibus, seu Testimonialibus, quæ conceduntur Presbyteris, seu Clericis ad alias Diœceses transituris; Pro litteris recipiendi Ordines ab aliis Episcopis; Pro licentia ordinandi se ad titulum Patrimonii, seu pro approbationibus hujusmodi titulorum; Pro licentia absentandi se ab Ecclesia, seu Beneficiis; Pro licentia erigendi Capellas; Pro litteris approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in mensibus reservatis, quæ ad Sedem Apostolicam transmittuntur, Pro approbatione Jurispatronatus ex fundatione, vel dotatione; Pro creationibus Vicariorum in Parochialibus; Pro deputationibus Œconomorum, dum Beneficia vacant; Pro executio-*

" sum ordiri; atque ex Libro Pontificali in Hadriano I, quem Notarium Regionarium, postea Subdiaconum, demum Diaconum factum ad Pontificatum ascendisse narrat. Atque ut alios hujus generis multos (g) prætercam, Epiphanius exposit. Fid. n. 21, Ecclesiæ ministris accenset Hermeneutas (h), seu Interpretes, quorum munus erat ex una in aliam linguam transferre tam Lectiones Scripturarum, quam Conciones ab Episcopis ad populum habitas. Ejusmodi vero munus fuisse speciale, atque ab aliis distinctum liquet ex Actis Passionis Procopii Martyris a Valesio publicatis in Notis ad Eusebium de Martyr. Palæstin. cap. 1, hæc de Procopio narrantibus: *Ecclesiæ tria Ministeria præbebat. Unum in legendi officio; alterum in Syri interpretatione sermonis; tertium adversum Dæmonas manuum impositione*. Nisi igitur dicamus, omnia, quæ retulimus, & quamplurima similia, quæ referri possent, nomina fuisse Officiorum, non Ordinum, admittere cogeremur in antiqua Ecclesia Ordines fere innumeros, quod nemo facile credet. " Hæc Benedictus XIV de Synod. Diœcesan. Lib. VIII, cap. IX, §. 7, 8.

QU.

cutionibus Litterarum Apostolicarum Gratiam, sed Justitiam concernentium.

(g) Selvagius ibid. n. 37. In Concilii Chalcedonensis Canone 2. Παραμοναρίου *Paramonarii* (alius ad Ecclesiam spectantis ministri) occurrit mentio. In Ecclesia Romana olim Paramonarii iidem videntur fuisse, ac Mansionarii, sive Ostiarii, quum in vetusta Dionysii Exigui versione Παραμονάριος Canonis Chalcedonensis reddatur Mansionarius, & in lectione ad marginem explicetur per vocabulum *Ostiarius*. Tum Gregorius M. loquens de quodam Abundio Mansionario, Custodem Ecclesiæ eum adpellat: & alibi etiam Mansionarii officium dicit esse lampades, sive candelas Ecclesiæ accendere. Attamen Justello Παραμονάριος *Paramonarius* idem est, ac *Villicus*, sive *Actor possessionum*. Beveregius *rerum Ecclesiasticarum administratorem* reddit: quod ferme idem est. Quorum sententia Gothofredo, Vossio, Cujacio, aliisque viris docitis probatur. Ex ipsa nominis interpretatione elucet quodnam Παραμονάριος *Paramonarii* Officium fuerit.

(h) Selvag. ibid. num. 42. Ultimo loco Hermeneutas recensere supervacaneum non erit, quorum Epiphanius, & Acta Procopii meminerunt: tradunt enim in quibusdam Ecclesiis *Hermeneutas*, sive Linguarum Interpretes inter Ecclesiæ ministros fuisse recensitos. Isthoc officium in iis præcipue Ecclesiis obtinuisse videtur, ubi Populus diversas linguas loquebatur. Hermeneutæ enim Scripturarum Lectiones, Concionesque de alia in aliam linguam transferebant, ut percipi possent ab iis, qui ob linguæ inscitiam non intelligerent.

In Ecclesia Constantinopolitana Quintum Quartæ Pentadis locum habet *Rhetor*, cujus munus est scripturas interpretari. Vid. Codin. Curopalat.

Encycl. Theolog. V. *Interprete*, pag. 329. On donnoit aussi autrefois le nom d'*interpre-*

prunes à des Clercs chargés de traduire en langue vulgaire les Leçons de l'Ecriture Sainte & les Homélies ou Sermons des Evèques. Cela étoit néceſſaire dans les Egliſes où le peuple parloit pluſieurs langues. Ainſi, dans celles de la Paleſtine, les uns parloient grec, les autres ſyriaque. En Egypte le grec & le copte étoient en uſage ; en Afrique, on ſe ſervoit du latin & de la langue punique. Bingham, qui a voulu concluse de là que l'Egliſe Romaine a tort de ne pas célébrer l'Office Divin en langue vulgaire, a oublié que dans les Egliſes, dont nous parlons, la liturgie ne ſe célébroit que dans une ſeule langue ; en ſyriaque dans les Egliſes de Syrie ; en grec dans toute l'Egypte ; en latin dans toute l'Afrique : le peuple y étoit donc dans le même cas que chez nous. *Orig. Ecclés.* l. 3, c. 13, §. 4.

QU. XX.

Nihilne affers de Tonsura Clericorum?

§. I. **D**Ivus Paulus in ea, quam ad Philippenses dedit, Epistola, discipulis suis præcepit, ut magnum modestiæ se se præberent exemplar. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. IV,* 5. Hoc Pauli monitum tam alte inhæserat Christianorum mentibus, ut non solum in iis omnibus, quæ ab illis agebantur, & dicebantur, sed in omni etiam corporis cultu, & ornatu singularis modestia elucesceret (*a*). Aberant ab iis pretiosæ vestes, ac fuco illitæ, aberant unguenta, cerussæ, pigmenta, aberant denique calamistri, cincinni, omnisque capillorum ornatus. Quinimmo memores illorum verborum, quæ ab Apostolo audiverant: *Si vir comam nutriat, ignominia illi est,* (I Corinth. XI, 14.) Viri comam omnem ponebant, ac capillum sibi attondebant. (Vid. Tertullian. de veland. Virginib. cap. VII, & Auctor. Dialogi (*b*), qui inscribitur Philopatrides).

§. II. Quod si curiosis oculis inspicere vis Capillorum Tonsuram, quæ in priscorum Christianorum usu erat, eam tibi exhibebunt statuæ, imagunculæ, quas ex subterraneæ Romæ

(a) Huc spectat S. Martyris Torquati præclara vox, & hoc loco ex Actis SS. Sebastiani & Sociorum ipsius commemoranda. Is, ut Torquatum Apostatam, qui pro Christiano sese venditabat Judici, manifestæ imposturæ convinceret, talibus Judicem affatus est: *Credisne, vir illustrissime, hunc esse Christianum, qui in sui lenocinio molliendo capitis fimbrias admittit, qui tonsorem diligit, qui scapulis molliter gestit . . . . qui neglectis viris fœminas curiosius intuetur? Nunquam tales pestes Christus dignatus est habere servos suos.*

(b) Irrisor illius Dialogi Auctor Christianum quemdam describit κεκαρμένον τὴν κόμην *attonsa coma*, & huc forte alludens alibi Christianos κεκαρμένους ταῖς γνώμαις, καὶ διανοίᾳ *detonsos mente, & sententiis* appellat.

Idem Auctor Paulum Apostolum non brevibus tantum crinibus, sed etiam recalvastrum fuisse docet. Sic enim illum describit: ἡνίκα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν ἀναφαλαντίας, ἐπίρρινος, ἐς τρίτον ἀεροβατήσας. *Quando autem me Galilaeus ille convenit, recalvaster, naso aquilo, qui in tertium usque Cœlum per aerem ingressus est.* Ex hoc ignoti illius Auctoris testimonio liquido exstat, minus vere Apostolum in vetusta quadam ærea pulcherrimaque *Gazæ Medicæ* lucerna, quæ navem, *Petro* gubernaculum in puppi moderante, *Paulo* vero in prora prædicante, mysticam refert, capillis etiam in fronte crispantibus repræsentari, licet brevibus illis, & per ambitum concinne attonsis; minus etiam vere crinibus similibus in antiquis vitris apud *Bonarrotium* exhiberi, nisi quod *Tab.* X, & XVI etiam calvus depingitur.

mæ ruderibus eruerunt, atque ad unguem expresserunt Bosius, Aringhius, Bottarius, Boldettus, Bonarotius. (Adi sis Lamium de Erud. Apostol. cap. IV, pag. 80.) Quod si hæ in promptu tibi non sunt, illam tibi ob oculos ponet Prudentius Hymno XIII, (*c*) qui S. Cyprianum Ethnicorum superstitionem cum Christianorum Religione commutantem hisce versibus describit:

Jamque figura alia est, quam quæ fuit oris, & nitoris,
Exuitur tenui vultus cute, transit in severam,
Deflua Cæsaries compescitur ad breves capillos.

Neque vero hac tonsura Christiani ab Ethnicis internosci tam facile poterant, cum ea & ipsi severioris, ac rigidioris disciplinæ Ethnici jam uterentur (*d*); quodque dicitur de S. Benigno Presbytero, qui pro Christo in Castro Divionensi sanguinem suum profudit, illum a Terentio Comite non alia quam Tonsuræ nota pro Christiano agnitum fuisse, apud melioris notæ Criticos fidem nunquam invenit.

§. III. Pace Ecclesiæ reddita, pristinus ille ad virtutes animorum impetus deferbuit, nec amplius Christiani veterem illam gravitatem, severitatemque pudoris, ac modestiæ plenam præsetulerunt, sed sensim & sine sensu ad elegantiores Sæculi mores sese componentes comam alere, capillum reponere, unguento diffluere cœperunt. Ipsi enimvero Clericorum mores ad mollitiem labi, ac de spatio, curriculoque majorum morum deflectere jam videbantur, opusque fuit Canonum animadversione, quæ illos ab cæsarie Laicorum instar concinnanda deterreret. (Vid. Concil. Carthag. IV, an. 398, can. 44, Concil. Agathens. an. 506, can. 20, Concil. Rom. sub Gregor. an. 721, can. 17, Concil. Roman. sub Zacchar. an. 741, can. 8.) Tunc enimvero primum corporis habitu cultuque Clericos a Laicis distingui cœptum est, hisce

(*c*) Idem Hymno in Hemitherium, & Chelidonium, ubi ait ignorari, an longa custodia detenti, vinclisque & catenis obligati, *longum capillum paverint*, hoc est, comam alias brevem, & crebro attonsam, quum aliter fieri non posset, aluerint.

Hoc tamen vetusta subtrahunt silentia
Jugibus longum catenis an capillum paverint.
Quo viros dolore tortor, quave pœna ornaverit.

Nec obstat quod idem *Prudentius Agone Hyppolyti* Christianos crinitos vocet.

Carcereo crinita situ stare agmina contra
Jusserat, horrendis excrucianda modis.

Nam signanter *crinita* dixit, quod carceris custodia, cohibiti manibusque revinctis præpediti, se de more tondere non potuissent.

(*d*) Lamius ibid. At non tantum ullo tegmine, aut ornatu capitis antiquæ Christianorum imagines prostant, ut plurimum, verum etiam attonsis, brevibusque capillis, quod quidem non Christianorum peculiare, sed Ethnicorum etiam virorum commune fuisse, vetusta quæ supersunt, simulacra manifestissime comprobant, & consulendus est super hoc Salmasius ad Tertullianum de Pallio.

hisce ad elegantiorem corporis ornatum defluentibus, illis pristinum modestiæ decus retinentibus. Quamquam & Clerici sequioribus hisce temporibus eam sibi Tonsuram adoptarunt, quæ levitatis (e) magis nota est, quam modestiæ. Neque candens ille tenui discrimine circlus, qui in summo capitis vertice cernitur, Tonsura dici potest, sed Tonsuræ potius simulatio; non enim crispandis crinibus, non calamistrandis capillis, non comæ nutriendæ, non caliendrorum usui, quem veteres Ecclesiæ Patres (f) ne in fœminis quidem ferre potuerunt, ulli est im-

(e) Martene de antiq. Eccl. ritib. Lib. I, cap. VIII, Art. VII, §. 6. Idungus Emmerammensis Monach. in Lib. de quatuor Quæst. cap. 4, ait: *Canonum quoque veneranda auctoritas tonsuram parvæ coronæ dicit esse signum dedecoris, & Clericum ita Tonsuratum Catholicæ fidei reum esse*. Revera hæretici modico in summo capitis vertice circulo contenti fuerunt, quod cum Ecclesiæ Patres abominarentur, quid de Clericorum hujusce sæculi tonsura clamarent?

Innocentius III, rel. in cap. Clerici De vit. & hon. Clericor. Non solum Coronam, sed & Tonsuram ab Clericis requirit: *Coronam & TONSURAM habeant congruentem*.

(f) Vid. Tertullian. de cultu fœminar. Lib. VII.

Benedict. XIV de Syn. Diœcef. Lib. XI, cap. IX, §. 2. Consuevisse olim fœminas alienis capillis caput exornare, eruitur ex Martiali, qui pluribus in locis eas carpit, quæ propriam senectutem hac ementita arte obtegebant. Sic *lib. 6, epig. 10.*

Jurat capillos esse, quos emit, suos
Fabulla. Numquid illa, Paulle, pejerat?

Et *lib. 12, epig. 21.*

Dentibus, atque comis, nec te pudet, uteris emptis:
Quid facies oculo, Lelia? non emitur.

Ad eumdem morem alludit Ovidius *lib. 3 de arte &c.*

Fœmina procedit densissima crinibus emptis,
Proque suis, alios efficit ære suos.

In Anthologia pariter occurrit epigramma Lucilii in quamdam Nicyllam, quæ emerat galericulum atrum, ut, dissimulata senectute, canos suos velare posset, quod Hadrianus Junius *libell. de coma cap. 1,* latine sic reddidit:

Fingere te perhibent quidam, Nicylla, capillos,
Quos mercata atros ipsa foro extulerat.

Quare Hieronymus *epist.* 38 ad Marcellam, *num.* 3, inquit: *Nec numerus annorum potest docere, quod vetulæ sint, quæ capillis alienis verticem struunt*: atque *epist.* 130 ad Demetriadem, muliebrem cultum describens, *num.* 7, ait: *Quod eras in sæculo ea, quæ erant sæculi, deligebas, polire faciem purpurisso, & cerussa ora depingere, ornare crinem, & alienis capillis turritum verticem struere*: turritum vero verticem vocat, quia ex alienis capillis tutulus efficiebatur, quem Lucanus nominat *turritam frontis coronam*: & Prudentius *in psychomachia*, fœminæ lascivæ, atque superbæ turritum caput tribuit:

Turritum tortis caput accumularat crinibus.

In hunc vanum mulierum luxum invehitur Tertullianus *lib. 2, cap. 7, de cultu fœminar.* inquiens: *Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti; ne exuvias alie-*

impedimento. Haud igitur Tonsura ea appellanda, sed verius reliquum quoddam vestigium ad antiquæ tonsuræ prædicationem relictum.

§. IV. Ex hisce duo elicimus adversus Morinum de Ordinat. Part. III, Exercit. XV, cap. 3, Christianum Lupum in Schol. ad can. 14 Concil. Œcum. VII, Mabillonium in Præfat. ad Part. I, Sæcul. III Benedict. §. 1, n. 7. Primum, Tonsuram Clericorum jam inde ab Christianæ Reli-

---

alieni capitis, forsan immundi, forsan nocentis, & gehennæ destinati, sancto, & Christiano capiti supparetis. Eumdemque reprehendit Clemens Alexandrinus *Pædagog. lib. 3, cap. 11*, ubi ait: *Alienorum capillorum appositiones sunt omnino rejiciendæ, & externas comas capiti adhibere est maxime impium, quo fit, ut mortuis pilis cranium induant. Cui enim manum imponit Presbyter? Cui autem benedicit? Non mulieri, quæ est ornata, sed alienis capillis, & per ipsos alii capiti.*

Ex hoc vero, quod Patres hanc fœditatem in solis fœminis reprehendant, infert Christianus Lupus *in Differt. de S. Leonis IX Actis cap. 15*, eam tunc omnibus ubique viris fuisse incognitam, ac primum in Anglia sub Guillelmo II, aut ejus Successore Henrico I, in fine XI aut Initio XII sæculi cœpisse ab iisdem usurpari; quod tamen monstrum, addit, diu in ea tantum Insula latitasse, nec alias permeasse regiones. At Thiers *in citato Tractatu, cap. 1*, pluribus probat, jampridem fictum capillitium ab effœminatis viris adhibitum: quod præ cæteris, quæ idem Auctor ibidem adducit, nobis suadet Rufus Festus Avienus, Poeta Christianus, Augustino coævus, qui *carmine* to equitem manifeste describit, cujus caput erat supposititia coma redimitum, inquiens:

Calvus eques capiti solitus religare capillos,
Atque aliat nitido vertice ferre comas.
Hujus ab adverso Boreæ spiramina præstant
Ridiculum, populo conspiciente, caput.
Nam mox dejecto nituit frons nuda galero,
Discolor, apposita quæ fuit ante, coma...

Cæterum, quidquid sit de tempore, quo hujus generis regmen, ab alienis capillis emendicatum, cœperit a viris adhiberi, neminem reperiri putamus, qui credat, illud etiam a Clericis antiquitus usurpatum. Ecquis sibi animo fingat, licuisse unquam Clericis extraneam comam suo capiti superinducere, qui sacræ militiæ per comæ abscissionem adscribebantur, ita ut idem esset Clericum fieri, ac detonderi? uti observat Mabillonius *in præfat. ad sæc. III Act. Benedict. part. 1, n. 18, & 19*, quique semel detonsi nunquam deinceps comam alere, sed semper attonso capite incedere tenebantur; quod constat ex Synodo circa annum 450, sub S. Patricio in Hibernia celebrata, *can. 6*, Collectionis Harduini *tom. 1, col. 1791, ex cap. 66, col. 398*, atque ex Concilio Toletano IV, anni 633, *can. 41, eod. tom. 3, col. 588*. Quin immo nulla ratione fingere possumus, fuisse unquam usum comæ fictitiæ in Clericis toleratum, cum potius quilibet eorum, qui comam laxare præsumeret, etiam invitus, & reluctans, per Archidiaconum jussus sit detonderi a Concilio Anathensi anni 506, *can. 2*, relato *dist. 23, Can. 22*, & ab Alexandro III, *in Cap. 7, de vit. & honest. Clericor. Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inviti a suis Archidiaconis tondeantur.*

Martinus Schoockius exercit. 24 de Coma, & Barba, ait: „ Ingenue profiteor, „ me non videre, quomodo alienæ capitis „ exuviæ excusari possint, cum omni ævo „ apud omnes nationes eædem exosæ fuerint. “

Religionis exordio initium sumpsisse. Nec, si Laici postea capillum promisere, ortaque inde inter Laicos & Clericos differentia, dicendum est, tum cœpisse Clericorum Tonsuram, sed dicendum potius tum Laicorum Tonsuram desiisse. Neque si tonsuræ forma postea immutata est, a (g) mutationis tempore Tonsuræ origo est repetenda, quinimmo ipsa Tonsuræ mutatio indicio est, Tonsuram in usu antea fuisse. Quod enim non est, mutari non potest.

Alterum quod affirmant, Clericos non antea tonderi solitos, quam Ordinibus initiarentur, nullo negotio refellitur. Quis enim credat, Majores nostros nullum Ecclesiasticæ militiæ tyrocinium ab iis poposcisse, qui Ecclesiæ stipendia sibi constitui petebant? Tyrocinium certe postulabant ab iis, qui Christiani fieri volebant. Cur non igitur & ab iis qui Clerici fieri cupiebant? Ad hoc autem tyrocinium nemo certe admittebatur, nisi laicalem comam, vestemque prius posuissent, id est, nisi tonsi, Clericalique veste induti. Quid? nonne Regulares etiamnum neminem in suæ Religionis Ordinem cooptant, qui prius tonsus, regularique veste amictus integrum tyrocinii annum non expleril? Quem morem Regulares a veteri in cooptandis Clericis (h) instituto mutuati incolumem ad hæc usque tempora ipsi custodiverunt.

§. V. Inscitiam suam maxime pro-

dunt

(g) Selvag. Instit. Canon. Lib. I, tit. XXVIII, §. 21. Sexto ineunte sæculo coronæ Clericalis usus primum in Ecclesiam invectus videtur. Isidorus enim Hispalensis *De Offic. Ecclesf. Lib. II, cap. 4*, & Gregorius Turon. *de Glor. Martyrum Lib. I, cap. 28*; sua ipsorum ætate Coronam Clericalem jam in Ecclesiam inductam produnt. Atque adeo Synodus Toletana IV, an. 633, *Can. XLI*, Tonsuræ præceptum simul, & formam complectitur: *Omnes Clerici detonso, superius capite toto, inferius solam circuitam coronam relinquant*. Ea tamen subinde paullatim ita contracta est, ut Concilium Coloniense ann. 1260, *Can. IV*, summum verticem radi jubeat, quam vocat *Coronam*. Conc. Rothomag. ann. 1072, *Can. XI*, anathema ejaculatur in Clericos coronam gestare detrectantes. Patentem esse debere sanxit Syn. Londinensis ann. 1102, Can. XII: *Clerici patentes coronas habeant*. Ejus magnitudinem quatuor digitorum in Diametro designavit Concilium Palentinum an. 1388, *Can. III*. Ut secundum uniuscujusque ordinem gestaretur, mandavit Senon. an. 1528, *Can. XXIV*. Postremo magnitudinem pro singulis ordinibus definivit Mediolanense V, an. 1579. Etenim *Can.* IV edixit, ut corona Presbyterorum quatuor haberet pollices in diametro; tres Diaconorum, a quibus non multum recederent Subdiaconi, duos vero Coronæ minorum Ordinum.

Coronæ Clericalis significationes multæ sunt: nam 1 ex humilitatis professione, unde ortum habuit, retinenda a Clericis est; quo intuitu imitationem opprobriorum Christi significat. 2 Regiam Sacerdotis dignitatem indicat ex Isidoro Hispal. *Lib. II de Offic. Eccl. cap. quarto*. 3 Temporalium curarum vacuitatem ex eodem Isidoro *ibidem*. 4 D.mum ex S. Thoma ob circularem figuram omnium perfectissimam, Clericorum vitæ, sanctimoniæque perfectionem.

(h) S. Basilius in Epist. Canon. ad Chorepiscopos Tom. III Concil. *Eos qui Ecclesiæ ministrant, recepta olim in Ecclesiis consuetudo diligentissime probatos admittebat*.

dunt ii, qui Tonsuram inter Ecclesiasticos Ordines numerant. Mitto ea, quæ ad hanc sententiam convellendam S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus in 4, distinct. 24, qu. unic. in fin. aliique plurimi Theologi in medium attulerunt: hoc tantum addo, quod palmarium puto, Tonsuram persæpe nullo Ministro indiguisse. Sanctum Clodaldum narrat Gregorius Turonensis Lib. III Histor. Franc. cap. 18, Clericalibus Ordinibus adscribi cupientem *sibi PROPRIA MANU capillum incidisse, & Clericum factum fuisse*. Et lib. de gest. Regum Francorum hæc habet: *Relicto Regno terreno ipse PROPRIA MANU se totondit, & Clericus factus est*. Quid amplius quæris, ut dicamus, Tonsuram non esse Ordinem, sed tantum præparationem (*i*) quamdam ad Clericorum Ordines adipiscendos?

De Clericorum Tonsura scripsere Prosper Stellartius Duaci 1625, Andreas Saussayus *in Panoplia Clericali, sive de Clericorum tonsura, & habitu*, Parisiis 1649, Thomas Hurtadus *in Resolutionibus de vero catholico martyrio fidei*, Colon. 1655; ubi pag. 370, seqq. digreditur ad tonsuram, & coronas gentilitatis, Synagogæ, & Christianismi. His adde Gastonem Chamillard *de corona; tonsura, & habitu Clericorum*, Parisiis 1659, 8, Joh. Morinum *in Exercitatione XV., de tonsura Clericorum secundum Latinos, & Græcos P. III, Comment. de Sacr. Eccl. ordinat.* Joh. Mabillonium *in observatione de tonsura*

(i) Selvag. Inst. Can. Lib. I, Tit. XXIII, §. 17. Quos ad Clerum formandos, & in Clericali vita instituendos suscipit Ecclesia, eos tondendis capillis, ac vestibus inter preces, sollemnesque cæremonias per Episcopi manus tradendis adsumere consuevit; isque tanquam necessarius ad suscipiendos ordines adparatus universæ Ecclesiæ disciplina custoditur.

Idem §. 19. Olim Tonsura cum Veste Clericali simplex erat habitus mutatio, quæ de re non Episcopis reservata erat, sed a Presbyteris etiam, atque adeo a laicis conferebatur.

Quum vero secutis temporibus habitus ille inter preces, & sollemnes cæremonias conferri cœpisset, hinc factum est, ut veluti quidam ordo reputaretur, quo homines non ab laicis tantummodo distincti, verum & inter Clericos relati haberentur: unde ejus collatio Episcopo reservata est. Adhæc quum Clerici prima initiati tonsura de foro Ecclesiæ censerentur, atque omnibus clericalibus privilegiis donarentur; id in caussa fuit, cur solius tonsuræ clericorum numerus augeri cœpisset. Hinc enim homines clericalia privilegia, & ecclesiastica beneficia inhiantes, ut prima initiarentur tonsura, undique confluebant. Tum illinc Episcopi, quo latius Episcopale forum pateret, facilius quam par erat, quemque ea insignire non recusabant.

Huic autem malo tandem occurrerunt Tridentini Patres decernentes, neminem *ab Episcopo prima tonsura initiandum, nisi morali judicio constet, illum non lucri caussa, sed propter Deum hanc vitæ conditionem elegisse.*

Synodus Tridentina *Sess. XXIII, de Reform. cap. 6*, vetat cuique vel Clerico beneficium ante decimum quartum ætatis annum conferri. Qua de re impuberes attestati, ut possint simul Tonsuræ gradum, & beneficium consequi, contritia ætatis dispensatione indigent. Hæc autem ætas in Beneficiis ante Synodum Tridentinam erectis haud requiritur.

sura Laicorum, Clericorum, & Monachorum, Præf. ad Acta SS. Ord. Benedict. Sæc. III, P. I, pag. 3, seq. edit. Parisf. 1612, Pompejum Sarnellium *in epistolis Ecclesiasticis ep.* 10, *della canonica Chericale corona pag.* 62, *seqq.* cujus epistolæ apologiam habes *ibid. pag.* 75, *seqq. & Epist.* 2, *pag.* 87, *seqq.* Henricum Norisium *Prælect. Pisana VI, T. IV Oper.* Veron. edit. p. 635, seqq.

Q ij.

QU. XXI.

Quid præcipis de Clericorum vestibus?

§. I. DE Clericorum vestibus verba facturi ab ipsorum Apostolorum vestibus orationis cursum auspicemur. Petri Apostoli habitus ita describitur in Actibus Apostolorum cap. XII. 8. εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν. περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου· ἐποίησε δὲ οὕτω. καὶ λέγει αὐτῷ περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι: *Dixit Angelus ad eum: Præcinge & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me.* Illud περίζωσαι ad tunicam refertur, quæ præcingitur, unde & ζῶμα, & περίζωμα tunicam Græci appellant: at περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου de pallio dicitur, quod & περιβόλαιον propterea appellatur. (Vid. Grotium in Act. Apostol. XII, v. 8, & Salmasium in notis ad Tertulliani Librum de pallio pag. 15.) Huc adde, si libet, quod falsus, antiquus tamen auctor Abdias pallium tribuit Apostolis Joanni, Simoni, Judæ, & Bartholomæo, idemque scribit (lib. V Hist. Apost. §. 2, lib. VI, §. 16, Lib. VII, §. 2.) eumdem Joannem tunica usum fuisse, & Bartholomæum colobio, quod est tunica sine manicis, aut cum manicis ad cubitum vix pertingentibus. (Vid. Ducang. in Glossar. V. *Colobium*) Itaque satis constat, Apostolos tunicam unicam indutui habuisse, & unum pallium amictui (*a*).

§. II. Tunicæ, & pallii color albus. Ecclesiastes cap. IX, 8. *Omni tempore sint vestimenta tua candida.* S. Bartholomæus apud Abdiam Lib. VIII,

(a) Augustinus Calmet initio Dissertationis *de vestibus veterum Hebræorum* præpositæ ejus Commentariis in Jeremiam pag. XXVIII, tom. 6. *Duo potissimum vestium genera apud veteres Hebræos spectantur, tunica nempe, & pallium, quarum illam subuculæ loco habebant, pallio pro extima veste utebantur... Tunica simul, & pallium vestes illas componebant, quas Scriptura par vestium seu mutatoria vestium, integram videlicet absolutamque vestem appellat.* Idem Calmet in Act. cap. XII, 8, pag. 919, tom. 7. *S. Petrus exuerat pallium suum, zonam, & calceos, ut dormiret. Angelus ergo primum jubet, illum zona tunicam sibi præcingere, pedes calceis induere, & mox pallium sumere. Hæc erant Hebræorum vestimenta, quemadmodum alibi* (dissertat. cit.) *ostendimus. Illi nullæ femoralia, aut tibialia gestabant.*

Matthæus cap. V, 40: *Ei qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Et cap. X, 9, 10: *Nolite possidere aurum, neque argentum... neque duas tunicas. Marcus cap. VI, 9: Ne induerentur duabus tunicis.* Luc. cap. III, 11: *Qui habet duas tunicas, det non habenti.*

VIII, §. 2, legitur vestitus colobio albo, & pallio albo indutus. Clemens Alexandrinus Lib. II Pædagogi cap. 10, & Lib. III, cap. 2, albam vestem ut maxime decentem Christianis commendat. Quæ in antiquis vitris conspiciuntur Christi, & Sanctorum imagines vestibus varii coloris indutæ, ostendunt, Pictores non veritatem retinuisse, sed ætatis suæ morem secutos esse, uti observat Philippus Bonarotius Tab. 5, fig. 3, pag. 37. At Herodes, ut est apud Lucam XXIII, 11, Christum *illusit vestitum veste alba*: Nempe *illustri*, & *splendida*, quæ non deceret hominem privatum. Græcus enim textus pro *veste alba* habet ἐσθῆτα λαμπρὰν *vestem splendidam*. Syrus Interpres *coccineam* dicit, & viro diviti tribuit S. Jacobus in Ep. Catholica cap. II, 2. (Vid. Octavium Ferrarium de re Vestiaria Part. I, Lib. I, cap. 21.)

§. III. Apostolorum vestes parvi pretii erant, uti animadvertit Schutzfleischius Append. ad Controv. Antiq. Eccl. cap. II, §. 4, & laneas fuisse ostendit Ferrarius Part. II de re Vestiar. Lib. IV, cap. XI. Quamquam quid opus est testibus? Ipsum vestimentorum genus satis declarat, ea nec splendida fuisse, nec sumptuosa. Illis enim non ditiores, ac splendidiores, sed humiliores, ac tenuiores homines utebantur. Hinc illud dicterium; *a toga ad pallium*, cum quis e celsa ad infimam fortunam dilabebatur.

§. IV. Christiani in Apostolos suæ fidei vitæque magistros intuentes, eorumque mores tanquam in speculum inspicientes, non solum animi virtutes, sed etiam corporis habitum sibi ad imitandum sumpserunt. Itaque illorum permulti deposita toga pallium (b) sumere non dubitarunt. Stephanus III Papa in Epist. ad Hilduinum Abbatem, Dionysium Areopagitam tunica & pallio amictum describit: & Auctor Philopatridis Christianos τριβώνιον ἔχοντας *palliatos* inducit. Quid porro aliud declarant ea scommata οἱ γραικοὶ ἐπιθέται *Græci impostores*, quæ ab Ethnicis Romanis in Christianos jactabantur, nisi Christianos pallio (quod Græcorum Philosophorum proprium erat) indutos in publicum prodire solitos fuisse? *Ubicumque* (sunt verba Hieronymi ad Furiam scribentis) *viderint Christianum, statim illud de trivio* ὁ γραικὸς ἐπιθέτης: *GRÆCUM IMPOSTOREM vocant*. Neque vero ex pallio nosci poterat, quis esset Christianus, quis non. Nam nec soli Christiani, nec omnes Christiani eo utebantur. Non soli, inquam, uti monet Tertullianus in Lib. de Pallio. *Viderit nunc Philosophia quid prosit. Nec enim sola mecum est. Habeo alias artes in publico utiles. De meo vestiuntur & primus informator litterarum, & primus adornator vocis, & primus numerorum*

(b) Pallii forma exhibetur ab Octavio Ferrario Part. II de re Vestiar. Lib. IV, & Analect. de re Vestiar. Tab. XXIX, eamque discere est ex duobus Philosophorum marmoreis simulacris, quod unum in Museo *Gaddiorum*, alterum in ædibus *Nicolinorum* Florentiæ asservatur, quæque Joannes Lamius depingi, & tabulis æneis incidi fecit ad volumen II Opp. *Jo. Meursi.*

rum arenarius, & grammaticus, & Rhetor, & Sophista, & Medicus, & Poeta, & qui musicam pulsat, & qui stellarem conjectat, & qui volaticam spectat. Neque omnes omnino Christianos pallio usos fuisse crediderim. (Vid. Baronium *ad an.* 197, n. 8, & seq. Salmasium *in lib. Tertull. de Pallio, & in Respons. ad Anton. Cerat. seu Dionys. Petav.* & Rigaltium, *in eumdem Tertulliani librum pag.* 111, *edit. an.* 1734, Alexium *de Tertulliani vita & scriptis pag.* 50, Caveum *Relig. des Anciens Tom. II, pag.* 46, *ed. an.* 1711, Heineccium *exercit. de Habit. Apostol. Sacerd. cap.* 1.). Si enim pallium Romæ adhibuissent Christiani omnino omnes, qui in 42 Apologetici capite dicere potuisset Tertullianus, *ejusdem nos esse, atque Ethnicos habitus?* Illud etiam facile dederim, eos Christianos, qui in dignitate erant, illas vestes retinuisse, quæ illius dignitatis propriæ erant. Itaque Glabrionem, & Clementem, aliosque, si qui Consules, aut Senatores Christiani fuerunt, & Togis, & latis clavis, aliisque hujusmodi ornamentis usos fuisse, inficiari non ausim.

§. V. Quemadmodum vero Ethnici qui severiorem Philosophiam profitebantur, rusticiorem etiam atque obsoletiorem tunicam, & pallium sibi induebant, ita etiam Christiani qui perfectiorem vitæ rationem amplexi erant, illam pallii tunicæque formam adamarunt, in quibus major inesset humilitas, ac despicientia. Quo factum est, ut Presbyteri, Episcopi, Ascetæ, sanctioris disciplinæ instituto addicti pallium pulli nativique coloris sumpserint, non quod color albus ab Apostolis usurpatus, non maximam præ se ferret modestiam, atque decentiam, sed ad tristitiam testandam humanarumque rerum contemptum. Pullus enim color, ac subniger luctus & paupertatis erat insigne. Juvenalis Sat. 3, vers. 252.

> *Si magna Asturici cecidit domus, horrida mater,*
> *PULLATI Proceres, differt vadimonia Prætor.*

Sidonius Lib. III, epist. 7, eos qui omnia præpostere agunt, ita irridet: *Albati ad exequias, PULLATI ad nuptias*. Calpurnius Ecl. 7.

> *Venimus ad sedes, ubi PULLA sordida veste*
> *Inter femineas spectabat turba cathedras.*

Et alibi.......... *sed mihi sordes*
> *PULLAQUE paupertas & adunco fibula morsu*
> *Obstiterant.*

Hieronym. de vitand. suspect. contubern. *Vestis ipsa vilis, & PULLA*. Et ep. ad Salvin. *Aliis nihil prodest vile palliolum, FURVA tunica, corporis illuvies*. Et ep. ad Rustic. Monach. *Videas nonnullos accinctis renibus, PULLA tunica, barba prolixa*. Basilius Presbyter in Nazianzenum: *Pallia, amictus quidam*, Rhetorum *quidem rubra, & purpurea, PULLA vero Philosophorum*. Synesius ep. 147 ad Joannem qui asceticum habitum sumpserat: *ET NIGRO pallio te amiciri dicunt*. Hæc omnia evincunt, pullum, seu subnigrum colorem mœstitiæ, ac paupertatis indicium fuisse, eosque Christianos, qui mores omnium gravissimos, & severissimos colebant, cujusmodi erant Ascetæ, ac Clerici, obsoletiore, & nigro propiore vestitu Hieronymi, Basilii,

ac

ac Synesii temporibus uti consuevisse.

§. VI. Differentiam igitur inter Laicorum, & Clericorum vestes (*c*) jam inde a primis Ecclesiæ sæculis *Modestia* peperit, quæ major in Clericis, quam in Laicis semper eluxit. Hinc Concilium Carthaginense IV, an. 398, can. 45, *Clericus professionem suam*, inquit, *& in habitu, & in incessu probet*. Hanc differentiam valde admodum auxit Sæculo VI Barbarorum in Romanum Imperium irruptio, qui breviorum vestium usum in nostras Regiones intulerunt, invexeruntque, Laicis ad barbaros mores deficientibus, Clericis vero pristinum habitum, (uti etiam sermonem) retinentibus. Novum hoc inter Laicalem, & Clericalem Habitum, latum discrimen indicant S. Gregorius Turonensis Lib. V, cap. 14. *Merovechus tonsuratus est, MUTATAQUE VESTE, qua Clericis uti mos est, Presbyter ordinatur*. S. Gregorius Magnus Lib. 11, ep. 24. *Paulum, qui despecto HABITU SUO ad laicam reversus est vitam* &c. & Lib. VI, ep. 11. *Dum ad ECCLESIASTICUM HABITUM veniunt* . . . *dum in ECCLESIASTICO HABITU non dissimiliter, quam vixerant, vivunt, nequaquam student Sæculum fugere, quam mutare*. Concilium Liptinense, Can. VII, sanxit, *ut Presbyteri & Diaconi non SAGIS Laicorum more, sed CASULIS utantur ritu servorum Dei*. Verum ne pluribus te morer, adi sis Thomassinum Part I, Lib. II, cap. 46, 48, 50, 51, qui omnium sæculorum congestis undique testimoniis, totus in eo est, ut probet, Clericorum vestes talares semper fuisse, atque a Laicorum habitu semper distinctas: nobis satis erit hac de re id monere, quod Concilii Tridentini Patres sess. XIV, de Ref. cap. 6. *Etsi habitus non facit Monachum, oportere tamen, Clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant*. Illudque animadvertere, omnes, quæ deinceps habitæ sunt, Synodos, Clericorum vestes oblongas, nigrique coloris esse voluisse. Ita statuit S. Carolus Borromæus in Provinciali Concilio Mediolanensi I, part. I Act. Eccl. Mediolan. pag. 15, Concil. Mechliniense tit. *de Vit. & honest. Cler.* cap. 1, Rhemense *tit. de Cleric. in genere n.* 8, Burdigalense *tit. XXI*, aliæque plures (*d*), quarum numerum non facile expedies.

QU.

(c) Habitum Clericorum exteriorem a Laicorum vestitu jam primis Ecclesiæ Sæculis, ac saltem tertio fuisse distinctum Baronius *ad ann.* 261, ex S. Cypriani actis conjecerat. Alii hanc vestium diversitatem nonnisi serius invectam censent, ut Mannhart *Antiq. Christian. num. 97, p. 372*, Selvagius Lib. I, P. II, cap. 12, §. 1, Honoratus a S. Maria *Animadv. in Regul. & usum Critices T. II, Lib. IV, diss. 6, art.* 3. Vide & Pompejum Sarnellium in Epistolis Ecclesiasticis Neapoli Italice editis 1686, *pag.* 110, *seqq.* epistolam *dell' abito Clericale*, uti etiam Anonymum, seu potius Jacobum Boileau in *historica disquisitione de re vestiaria hominis sacri vitam communem more civili traducentis*, Amstel. (Rothomagi) 1704, & Pellicciam in Appendice *de re vestiaria Clericorum T. II, pag. 177, seqq.*

(d) Benedict. XIV de Syn. Diœces. Lib. XI, cap. VIII, §. 1. In nonnullis Synodis,

Jus Diaconale Catholicorum.

uti citatus Thomassinus *cap.* 46 existimat, essent tamen oblongæ, atque ad talos usque fere productæ, ex pluribus conjicimus Conciliis. Concilium Germanicum auctoritate Sancti Bonifacii anno 742 celebratum, atque a Synodo Liptinensi insequentis anni 743 receptum, & approbatum, *can.* 7, *tom.* 3 Collectionis Harduini *col.* 1921, Presbyteris, & Diaconis vetuit, ne *sago*, id est breviori veste, laicorum more, uterentur: *Decrevimus quoque, ut Presbyteri, vel Diaconi, non sagis, laicorum more, sed casulis utantur, ritu servorum Dei*. Et Synodus Romana, à Zacharia Papa eodem anno 743 habita, *can.* 3, idem præcepit, decernens, *ut Episcopus, Presbyter, & Diaconus sæculari indumento minime utantur, nisi, ut condecet, tunica Sacerdotali*: *ibid. col.* 1927. Quibus in locis, neminem suspicari credimus, sermonem esse de veste, non civili, sed sacra: cui enim in mentem veniat, Presbyteros, & Diaconos eo tum sceleris devenisse, ut communibus vestibus induti ad Altare accederent sacris operaturi? Omnibus quippe compertum est, nunquam licuisse Christianæ Religionis ministris Divina celebrare Mysteria sine specialibus, atque ad eum tantum usum destinatis sacris indumentis: sive hic ritus ab ipsis Apostolis fuerit traditus, quod existimant Cardinalis Bona *Rer. liturgic. lib.* 1, *cap.* 24, aliique plurimi, quos nos allegavimus *in nostra Instit.* 21, sive immediate post Apostolos fuerit præscriptus, quod nullus in quæstionem adducit. Ambo propterea Concilia intelligenda sunt de veste communi Diaconorum, & Sacerdotum, quæ ab uno vocatur *casula*, ab altero *tunica*, sed utraque erat *talaris*. Casula enim, teste Rabano *Instit. Clericor. lib.* 1, *cap.* 21, dicta est per *diminutionem a casa, eo quod totum hominem tegat, quasi minor casa*. Quamobrem Joannes Diaconus *in Vita S. Gregorii lib.* 2, *cap.* 45, etiam Monachorum vestem appellavit *casulam*. Et similiter *tunicam*, vestem fuisse, quæ ad talos usque descenderet, constat ex Tullio, qui *Orat.* 2 *in Catilinam*, milites Catilinæ deridebat, quod *manicatis, & talaribus tunicis essent amicti*; atque ex Hieronymo *Quæst. Hebr. in Gen. cap.* 37, *Oper. tom.* 3, *col.* 363.

De posterioribus sæculis res certissima est, nullique obnoxia dubitationi, cum innumeri occurrant Conciliorum canones, congesti a Thomassino cit. *lib.* 2, *cap.* 50, & 51, vestem talarem Clericis præscribentes. Quin immo adeo ejus usus invaluit, ut opus fuerit præcidere nimiam vestium talarium longitudinem, quæ in luxum, & pompam cœperat degenerare: quocirca Innocentius III in Concilio Generali Lateranensi anni 1215, can. 26, relato *in Cap.* 15, *de vit. & honest. Clericor.* de Clericis loquens statuit: *Clausa deferant desuper indumenta, nimia brevitate, vel longitudine non notanda*: & Concilium Toletanum anni 1324, *can.* 2, syrmata, id est oblongas vestes, humum verrentes, Clericis prohibuit: *Nullus Clericus supertunicale, vel tabardum deferat ita longum, quod, si ad pedes contingat, nullatenus tamen per terram trahatur; cum hæc non honestas, sed superfluitas & indecentia censeatur*: *tom.* 7 Collectionis Harduini, *col.* 1488.

Ad recentiora porro tempora descendendo, fere omnia, quæ post Tridentinum celebrata sunt Concilia, Clericos adegerunt ad gestandam vestem talarem, & quidem nigri coloris, ad quem, uti Thomassinus observat, non erant antea certa lege adstricti; sed poterant alio quolibet uti, modo decenti, & modesto, ut S. Carolus Borromæus in suo Concilio Provinciali Mediolanensi *I*, *part.* 2, de Clericorum vestitu loquens, *part. I Actor. Eccl. Mediol. pag.* 18, ait: *In omni vestitu color niger adhibeatur .... externa vestis simplex, ac talaris erit*. In Concilio Mechliniensi anni 1570, *tit. de vit. & honest. Clericor. cap.* 3, *tom.* 10 Collectionis Harduini *col.* 1195, jubentur Clerici majorum Ordinum, cum in publicum prodeunt, gestare *vestem talarem*. Concilium Remense anni 1583, *tit. de Clericis in genere num.* 8, *ibid. col.* 1292: *Veste Ecclesiastica, eaque talari, ac decenti utantur omnes Clerici*. Concilium Burdigalense ejusdem anni *tit.* 21, *ibid. col.* 1359: *Vestes eorum sint talares*. Quodque notabilius est, Concilium Provin-

M 2 cia-

ciale Narbonense anni 1609, *cap.* 41, *tom.* 11 Collectionis Harduini, *col.* 44, Clericos etiam noctu incedentes ad deferendam vestem talarem obligavit: *Noctu incedentes ex causa rationabili, togas talares deferant*. Provincialibus concinunt innumeræ Synodi Diœcesanæ, congestæ a Genetto *Theol. moral. tom.* 2, *tract.* 1, *cap.* 9, & in Appendice ad Synodum Fulginatensem Episcopi Baptistelli pag. 172, & seq.

QU. XXII.

Ecclesiasticæ militiæ nomen daturi quibus animi, ac corporis dotibus prædîti esse debent?

§. I. Queis moribus prædîti, quibus virtutibus ornati esse debeant ii, qui Ecclesiasticæ militiæ cingulo præcingendi sunt, non aliunde melius, ac plenius discere possumus, quam ex hisce Divi Pauli verbis: *Oportet Episcopum irreprehensibilem* (a) *esse,*

(a) Hoc verbo *irreprehensibilis* Apostolus intelligit illos, qui extra *legitimæ* reprehensionis aleam positi sunt, seu uti explicat ipse in Ep. ad Titum, illos qui sunt sine *crimine*; sine *crimine* inquam, non sine *peccato*. *Crimen* enim dicitur illud, quod Judiciorum pœna dignum est. Nam si Apostolus, cum dixit *sine crimine*, intelligere voluisset *omnis peccati exortes*, non erat, cur adderet *sobrium*, *pudicum* &c. Illud unum igitur significare voluit Apostolus, cum dixit *irreprehensibilem*, nimirum illum, cui nulla *Infamiæ* nota inusta erat.

Porro *Infamia* est læsæ dignitatis status legibus, & moribus reprobatus. Sicuti e contra, *Fama* est illæsæ Dignitatis status legibus, & moribus comprobatus.

Infamia est duplex, Infamia Juris, & Infamia Facti. Infamia *Juris*, quæ etiam *Legalis* dicitur est, quæ ipso Jure, seu lege infligitur, seu decernitur in certa crimina committentes. Infamia vero *Facti* est, quæ oritur ex evidentia commissi alicujus delicti infamantis, seu vulgata opinione de tali commisso delicto, propter quod delinquentis bona existimatio apud probos, & honestos viros læditur, licet ab ipso Jure expresse non notetur aliqua infamia, nec per sententiam irrogetur.

Infamia Juris dupliciter contrahitur, scilicet ipso Jure & Facto, & per sententiam Judicis. Infamiam Juris ipso *Jure & Facto* de Jure Civili contrahunt sequentes. *Primo*, Qui sive viri, sive fœminæ, quæstuaria prostitutione lenocinium exercent. *Secundo*, Qui quæstus causa, seu pretio accepto etiam cum homine ad privatum certamen descendunt. *Tertio*, Qui ex simili quæstu, seu pretio accepto Hystriones, ac turpes ludos agunt. *Quarto*, Qui operam suam ad pugnandum cum bestiis locant. *Quinto*, Qui, vel quæ eodem tempore sponsalia, vel Matrimonium contrahunt cum duabus, vel duobus. *Sexto*, Qui crimen perjurii promissorii committunt. *Septimo*, Usurarii manifesti, & usuras usurarum exigentes. *Octavo*, Hæretici. *Nono*, Mulieres intra annum Viduitatis ad secundas nuptias transeuntes; ast hæc infamia fuit sublata a Jure Canonico. *Decimo*, Milites ignominiose exauctorati ob crimen commissum.

Infamiam Juris ipso *Jure & Facto* contrahunt de Jure Canonico ultra numero antecedenti specificatos, etiam illi, qui tales expresse declarantur *in cap. Infames* 17, *caus.* 9, *quæst.* 1, *ibi: Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua causa notantur infamia, idest omnes, qui Christianæ Legis normam abjiciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt; similiter Fures, & Sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, & Sepulcrorum quoque violatores, & Apostolorum, seu successorum eorum, reliquorumque Patrum statuta libenter violantes, & omnes, qui adversus Patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur, similiter Incestuosos,* Homi-

ſe, unius uxoris virum (b), ſobrium, prudentem ornatum, pudicum (*)

Homicidas, perjuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, & de bellis publicis fugientes, & qui indigna ſi premunt loca tenere, aut facultates Eccleſiæ abſtrahunt injuſte, & qui fratres calumniantur, & accuſant, & non probant, vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam provocant, & omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos, & omnes, quos Eccleſiaſticæ, vel ſæculi Leges infames pronunciant. Et a Concilio Triden. declarantur infames mulierum raptores, iiſque conſilium, vel auxilium præbentes, & in duellum deſcendentes, eorumque Patrini.

Inſuper Jure Canonico ii omnes cenſentur *infames*, qui tales cenſentur Jure Civili, niſi aliquam infamiam Jure Civili introductam, Canones ſpeciatim ſuſtulerint. Dicitur autem notanter, *Niſi aliquam infamiam Jure Civili introductam, Canones ſpeciatim ſuſtulerint.* Quia de facto infamia Jure Civili decreta mulieribus intra annum viduitatis ad ſecundas nuptias tranſeuntibus fuit ſublata.

Infamiam Juris *per ſententiam Judicis* contrahunt ſequentes. 1 Omnes accuſati, & condemnati de publico delicto, ideſt de tali delicto, cujus accuſatio cuilibet de populo eſt permiſſa, ut crimen proditionis, falſi, adulterii, homicidii. 2 Omnes accuſati, & condemnati etiam de aliquibus delictis privatis, ut crimen rapinæ, furti, expilatæ hæreditatis, injuriarum, doli mali, quia licet iſta cenſeantur crimina privata, tamen per ſententiam Judicis condemnatoriam irrogant infamiam. 3 Omnes illi, qui de dolo malo, vel calumnia, aut prævaricatione in publico judicio condemnati ſunt. Ad hoc tamen ut tales condemnati dicantur infames, requiritur quod ſententia condemnatoria non ſit ſuſpenſa per appellationem, ſed jam tranſierit in rem judicatam, quia ſicuti interpoſita appellatio ſuſpendit ſententiam, ita etiam infamiam ex tali ſententia oriundam. Infames in univerſum, ſive *infamia juris, ſive infamia facti*, ſummatim a Doctoribus referuntur, ut inſra, ſcilicet Apoſtatæ a Fide, ſive hæretici, fautores, defenſoreſque hæreticorum, & eis credentes, & faventes, Schiſmatici, Simoniaci, Sacrilegi, Sodomitæ, Lenones, publici Uſurarii, duas Uxores habentes, ad beſtias pugnantes, Duellantes, Milites ignominioſe exauctorati ob commiſſum crimen, Homicidæ, malefici, venefici, militiæ deſertores, facultates Eccleſiæ auferentes, contra parentes ſe armantes, fratres calumniantes, & accuſantes, & calumniam, ſeu accuſationem non probantes, animos Principum contra innocentes moventes, Fures, raptores, adulteri, Inceſtuoſi, perjuri, falſarii, proditores, blaſphemi, ſive maledici, ſortilegi, ſeu qui ad ſortilegos Divinoſque concurrunt, raptum mulierum perpetrantes, falſum teſtimonium dicentes, anathematizati, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia expulſi, ducentes uxores viles, & abjectas, vel meretrices, vel rejectas, & repudiatas, vel Joculatrices, Saltatrices, Scenicas, Ancillas, Concubinas. Denique infames ſunt artem aliquam vilem, abjectam, vel ignominioſam profitentes, & publice exercentes, vel officio vili fungentes, quales ſunt mimi, Scenici, Cynedi, Hyſtriones, Joculatores, Ludentes in ſcenis, buffones, Aleatores publici, Carnifices, Lictores, Marcellarii, Tabernarii, Cauponarii, Aurigæ, & alii his ſimiles. Item Tutor, vel Curator, qui pupillam ſibi, vel filio Matrimonio junxit. Item Presbyteri condemnati ad Triremes, poſtquam actu remigarunt.

(b) Ab Ordinibus repellendi ſunt bigami, h. e. qui poſt mortem unius aliam uxorem duxerint. Nam qui duxerint aliam uxorem vivente prima dicuntur Polygami. Ideo autem repellendi ſunt, quia dedecet illum ad ſacramenta fidelibus miniſtranda ordinari, qui ſuſpicionem habet incontinentiæ, quique in Sacramento Matrimonii a ſe celebrati defectum paſſus ſit. Cujuſmodi autem defectum? Quoad ſignificationem ſcilicet. Nam ſacramentum hoc ſignificat conjunctionem Chriſti cum Eccleſia teſte Apoſtolo ad Epheſios cap. 5. Chriſtus autem Virgo uni tantum Sponſæ Virgini Eccleſiæ ſe con-

(*), *hospitalem*, *doctorem*, (*Vid. p. 96.*) (c) *non vinolentum*, *non percussorem* (d)

conjunxit, quod non facit bigamus, qui proinde habetur irregularis.

Sed enim bigamia triplex. Vera, interpretativa, similitudinaria. Veram bigamiam contrahit, qui re ipsa duas habuit uxores, sive baptizatus ambas, sive etiam ante baptismum alteram, dummodo utramque cognoverit. Interpretativam bigamiam contrahit, qui non re ipsa sed ex juris interpretatione duas habuit uxores; duas autem ex juris interpretatione censetur habuisse uxores primo, qui matrimonium celebravit cum muliere corrupta; sive corrupta in matrimonio, cujusmodi est vidua; sive corrupta extra matrimonium, cujusmodi est meretrix. Secundo qui reddit debitum uxori suæ, quæ fuerit adulterata, sive reddiderit sciens adulterium commissum sive illud ignorans. Tertio, qui vel Viduam, vel plures uxores cognovit in matrimonio quamvis nullo ob impedimentum dirimens. Atque hoc non jam ob defectum significationis Sacramentalis, cum in hac hypotesi matrimonium sit nullum, nullumque sacramentum; sed ob affectum intentionis cum opere subsecuto, quæ est peculiaris exceptio illius Regulæ: *Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum*. Similitudinariam tandem bigamiam contrahit qui per votum solemne religionis, aut sacri ordinis susceptionem, spirituale matrimonium cum Ecclesia contraxit; post carnale matrimonium, quamvis nullum, contrahit cum muliere. Quæ bigamia dicta est similitudinaria, ob similitudinem, quam habent inter se matrimonium spirituale, & carnale. Cæterum quod hactenus in unaquaque bigamiæ specie matrimonium memoravimus, inde colligas sine matrimonio, vel vero, vel nullo bigamiam non existere. Quare qui plures habuerit concubinas bigamus, & irregularis non erit. Duæ primo indicatæ bigamiæ species tolluntur dumtaxat auctoritate Pontif. nisi forte occultæ sint. Tunc enim etiam per Episcopum bigamia similitudinaria, ne ordinibus suscipiendis obstet. Superiores regulares, si habeant jurisdictionem quasi episcopalem eodem jure cum subditis regularibus uti poterunt, quo Episcopi cum clericis sæcularibus. Reliqui Prælati sæculares carentes Episcopali jurisdictione numquam dispensabunt super hac irregularitate, quæ semel contracta etiam post ingressum in religionem adhuc perdurat.

(*) De origine ac sanctitate cælibatus, quem Majores Clerici servare debent, copiose disserit Franciscus Antonius Zacharia duobus libris, quorum alter *Storia Polemica del Celibato Sacro* Romæ editus est an. 1774, alter *Nuova giustificazione del Celibato Sacro &c.* editus Fulginei an. 1785. His duobus libris egregie, ac diligenter expenditur quidquid ad hoc argumentum pertinet, ac plane evertuntur commenta, & sophismata liberculorum quorumdam, qui adversus Sacrum Cælibatum paucis abhinc annis in Germania, atque alibi prodierunt.

Majores Clericos continentes esse oportere ex ipsa Apostolica traditione intelligimus. Canon. Apost. 27, apud Corelerium *PP. Apostolic. tom.* 1, *pag.* 445, *edit. Amstelædami* 1724, quem canonem, & simul etiam *cap.* 17, *lib.* 6 *Apostolic. Constit. pag.* 350, *loc. cit.* Græci corrumpunt, atque absurde detorquent, uti observat Corelerius *in notis ad utrumque locum*, S. Epiphanius *Exposit. fid. catholic. cap.* 21, & *hæres.* 59, *num.* 4, *tom.* 1, *Lib.* 2, *pag.* 496, *edit. Paris.* 1622, Justinianus *Novel.* 22, *cap.* 42, *coll.* 4, *tit.* 1, S. Hieronymus *contr. Vigilant. n.* 2, *Oper. t.* 2, *col.* 389, *edit. Vallarsii Veron.* Quibus ex locis intelligimus, eamdem initio fuisse Orientalis, atque Occidentalis Ecclesiæ sententiam, quod scilicet Majores Clerici post sacros susceptos ordines matrimonium inire prohiberentur, quodque se in posterum matrimonii usu abstinere deberent, qui uxorem habebant, antequam sacros ordines acciperent. Vetustissimam hanc disciplinam Græci relaxare cœperunt sæculo VII, cum scilicet Synodus Trullana, seu Quinisexta habita est. Nam hæc Synodus *can.* 6, ratam quidem firmamque haberi voluit antiquam

(*d*), *sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed sua domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui sua*

---

quam disciplinam, per quam majores Clerici post sacros ordines nuptias conciliare prohibentur, sed tamen *can.* 13, Subdiaconis, Diaconis, Sacerdotibus, non item Episcopis, permisit usum matrimonii cum uxoribus, quas antea duxerant. Huic autem novitati Trullani Patres præsidium quærere studuerunt in antiquiori Canone Carthaginiensi, in quo tamen nihil tale statutum est; sicuti post Fleuryum animadvertit doctissimus Zacharias in opere *nuovà giustificazione del celibato sacro &c. dissert.* 2, *cap.* 2, *pag.* 88. Canonem hunc numquam probarunt Romani Pontifices, neque ut probarent, Græci Imperatores aut minis, aut blanditiis, & pollicitationibus efficere potuerunt, uti ostendit ipse Zacharia *Storia Polemica del Celibato Sacro pag.* 159, *& seq.* sed tamen eum postea tolerandum putarunt, ut præciderent causam schismatis, ad quod Græcorum animi propensiores esse videbantur. Optandum vehementer esset, inquit Benedictus XIV *const.* 57, *num.* 26, *tom.* 1 *ejus Bullarii pag.* 109, *edit. Romæ seu Venet.* 1754, *ut Græci in sacris ordinibus constituti, non secus ac Latini, castitatem servarent: nihilominus ut eorum Clerici, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri uxores in eorum ministerio retineant, dummodo ante sacros ordines, Virgines, non Viduas, neque corruptas duxerint, Romana non prohibet Ecclesia*. Irritum tamen est matrimonium apud Græcos a Diacono, vel Sacerdote contractum; & Sacerdos, qui uxorem habeat antea ductam, per hebdomadam, vel per triduum abstinere se ab usu matrimonii debet, antequam ad sacrificium conficiendum accedat. Benedictus XIV *loc. cit. num.* 28, Clemens VIII, *Constit.* 107, §. 5, *tom.* 5, *part.* 2 *Bullarii pag.* 73. Pertinet etiam ad hunc locum *Constitutio* 129, ipsius Benedicti XIV, *in cit. Bullar. tom.* 1, *pag.* 312, ubi multa sunt de uxoribus Cophtorum, qui in sacris ordinibus versantur. Cæterum de Subdiaconorum continentia non eadem semper fuit Ecclesiæ disciplina. Canones Apostolorum, Justinianus, Epiphanius *locis paulo ante indicatis* eadem, qua cæteros majores clericos, continentiæ lege obstringunt Subdiaconos; verum Hieronymus *loc. cit.* tantum Episcopos, Presbyteros, Diaconos, non item Subdiaconos memorat, qui matrimonii usu prohiberentur. Idem de Subdiaconis est silentium in Decretalibus Siricii, & Innocentii, atque in reliquis antiquis monumentis. Primus omnes Subdiaconos continentiæ legi addixit S. Leo M. *ep.* 14, *cap.* 4, *col.* 687, *tom.* 1, *edit. Ballerin.* verum hæc decretalis non ubique obtinuisse videtur. Nam Concilium Turonense I, quod postea habitum est, *can.* 2, *col.* 794, *tom.* 2 *collect. Harduini*, clericos Diaconis inferiores continentiæ lege non obstringit. Concilium Aurelianense III, *can.* 2, *col.* 1423, *mox laudato tom.* 2, continentes vult esse Subdiaconos; at Concilium Aurelianense IV, *can.* 17, *col.* 1438, *ibid.* tantum Presbyteros, & Diaconos, non item Subdiaconos, quorum nullam mentionem facit. Romæ, cum Pontificatum teneret Gregorius M. Subdiaconi continentiam servare debebant, atque ipse utitur exemplo Sedis Romanæ *lib.* 1, *epist.* 44, *tom.* 2 *Opp. col.* 538, *edit. Parif.* 1705, ut Subdiaconos Siculos eadem lege constringat.

(c) Illiteratos & indoctos ab Ordinibus repellit Gelasius Pontifex *in can.* 1, *dist.* 36, *& inscios litterarum* Synodus Toletana IV, *can.* 5, *dist.* 5. Ex quibus evidens est, eos ab ordinibus excludi, qui prorsus ignari sunt litterarum, non item eos, qui mediocri scientia sunt præditi, uti respondit Innocentius III, *in cap.* 19, *de elect.* Quantam autem in singulis ordinibus debeant Episcopi scientiam exquirere, tradit Synodus Tridentina *sess.* 22, *c.* 2, *& sess.* 23, *cap.* 4, 11, 13, *de reform.*

(d) Ab ordinibus repelluntur, qui voluntarium, atque injustum homicidium patrarunt cap. 1, & 10, de Homicid. Vol. vel cas. Item illi, qui animatum mulieri partum

sua præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophitum (e), ne in superbiam elatus in judicium incidat Diaboli. Oportet autem

---

tum abegerunt, sive id medicamentis, sive alio quovis modo effecerint *cap.* 20, *de homicid.* Sixtus V *in Const. effrenatam* 134, *par.* 5, *tom.* 1, *pag.* 25 *Bullarii* eadem pœna plecti voluit illos, qui mulieri partum adhuc anima carentem abegissent; verum hac in re, Sixti constitutione abrogata, jus antiquum servari jussit Gregorius XIV *Constit. Sedes Apostolica* 10, *tom.* 5, *par.* 1, *pag.* 275 *Bullar.*

Item illi, qui consilium, mandatum, opem alicui dederunt, ut hominem interficerent *cap.* 2, *de Cleric. pugnant.*, *can.* 23, *distinc.* 1, *de Pœnit. can.* 80, *dist.* 50.

Fortuitum vero homicidium, quod admissum est ab eo, qui rei licitæ operam dabat, irregularitatis notam minime inurit *cap.* 13, 14, 15, 23, *de Homicid.* At vero irregularis est, qui præter voluntatem hominem interfecit, non adhibita diligentia, quam adhibere oportebat *Cap.* 7, 8, 12, *de homicid.* quique fortuitum homicidium admisit, cum rem vetitam, sive illicitam gereret *cap.* 19, *eod.* Qui autem rem medicam, aut chirurgicam exercuerunt, cum recte periti artis essent, omnemque in curandis ægrotis curam, ac diligentiam adhibuerunt, si paulo accuratius expendimus canonicam jurisprudentiam, irregulares non sunt, licet ægrotus aliquis decesserit. *Physici, vel Chirurgi, si periti sint in arte, & nihil omiserunt de contingentibus, & habuerint super hoc sanam conscientiam, poterunt promoveri; si causa eorum aliquid in homine contigerit*, inquit S. Petrus Cœlestin. *in opusc.* 7, *part.* 4, *sect.* 1, *c.* 3, *t.* 25 *Biblioth. PP. ed. Lugdun. p.* 822. Nihilotamen minus cum hi ordinibus initiantur, quoniam *certo non sciunt*, ut ait Benedictus XIV *de synod. diœces. lib.* 13, *cap.* 10, *num.* 41, *semper usos fuisse omnibus ab arte præscriptis regulis ad expellendum morbum, qui ægrotum interemit, sibi tutius consulere cupientes, rescriptum, vel Breve dispensationis ab irregularitate ad cautelam satagunt obtinere.* Et licet olim clerici non prohiberentur medicam artem exercere, nunc tamen id ipsis vetitum est: Concilium Rhemense *can.* 6, & Lateranense *can.* 9, *col.* 984, & 1004, *tom.* 10 *Concil. collect. Labbei*, *c.* 3, & 10, *ne Cleric. vel Monach.* ideoque Apostolica venia, sive indulto opus habent, ut artem illam exercere possint. Quæ venia conceditur certis adjectis legibus, quas numerat Benedictus XIV *de Synod. Diœces. lib.* 13, *c.* 10, *n.* 8. Neque homicidium, quod servato, ut inquiunt, moderamine inculpatæ tutelæ, aliquis patrare coactus est, sui ipsius defendendi causa irregularitatem affert. Olim tamen nihil intererat, num quis dolo malo, an ob sui tutelam hominem interfecisset *can.* 8, *dist.* 50, quæ vetus disciplina viguisse videtur usque ad tempora decretalium, ut colligi potest *ex cap.* 24, *de homicid.* Sed Clemens V. in *Clem. unic. eod. tit.* irregularem non esse respondit eum, *qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilavit invasorem.*

Irregularitas non contrahitur neque ab amente, furioso, infante, qui homicidium committit. *Clemens. unic. de homicid. voluntar. vel casual.*

(e) Neophitorum ordinationes prohibentur *Can.* 1, *distinct.* 48, & *concil. Niceno can.* 2, *col.* 323, *tom.* 1 *collect. Harduini.* Quantum vero temporis sit necessarium, ut neophitus pro suscipiendis ordinibus satis probatus habeatur, inter Juris canonici interpretes non bene exploratum est. Alii annum unum satis esse arbitrantur, quia miles in Jure Civili, exacto militiæ anno, veteranus dicitur, alii biennium postulant, quoniam Gregorius M. Lib. 10, ep. 24, Opp. tom. 2, col. 1056, edit. Paris. 1705, eos, qui Christi fidem amplexi fuerant, ordinari vetuit, *priusquam biennium in conversione compleant*; alii decennium requirunt, quod hoc in Jure longum tempus est; alii demum, cum nul-

tem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum Diaboli. Diaconos similiter pudicos, non

lum ea de re certum tempus a Jure definitum sit, rem totam relinquunt arbitrio Episcopi, cujus est videre, num recens baptizati tantæ sint virtutis, atque in fide constantiæ, ut iis ecclesiastica ministeria tuto committi possint.

Hic locus postulat, ut nonnulla etiam de ætate ordinandorum dicamus. Hac de re non eadem semper fuit Ecclesiæ disciplina, quod late ostendit Thomassinus *vet. ac nov. Eccles. discipl. par.* 1, *lib.* 2, *cap.* 67, *& seq.* Diu viguit consuetudo, ut parentes Ecclesiæ offerrent infantes filios, qui in clerum cooptabantur, ac suo deinceps tempore per gradus ad superiores ordines evehebantur, cum antea singulorum minorum ordinum officia exercuissent. Quo fiebat, sicuti observat Cardinalis Bona *rer. liturgicar. lib.* 1, *cap.* 25, §. 18, *tom.* 2, *pag.* 374, *ed. Taurin.* 1749, *ut rerum ecclesiasticarum peritissimi essent, in quibus fuerant ab ipsa pæne infantia enutriti*. Quam parentum oblationem tanti valuisse multi putant, ut filii etiam cum puberes evaserant, deserere non possent illud vitæ institutum, cui parentes eos vel infantes, vel impuberes addixerant. Certe in Concilio Chalcedonensi *can.* 7, *col.* 603, *tom.* 2 *collect. Harduini ed. Paris.* habentur hæc: *Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus, neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam*. Pueros autem a parentibus oblatos in ipsa infantia tonsos fuisse, ac Lectoratus ordine insignitos, adeout revera *in clero deputati* dicerentur, non obscure tradit Concilium Toletanum II, *can.* 1, *col.* 1139, *tom.* 2 *laudatæ collectionis*, cum inquit, hos pueros *mox fuisse detonsos, & ministerio Lectorum contraditos*. Quod etiam ostendit Cyrillus Scytopolitanus *in vit. S. Euthymii Abbatis Analector. Græcor. tom.* 1, *pag.* 8, & 9, *Paris.* 1688, ex quo intelligimus, ipsum Euthymium triennem Otrejo Melitinensi Episcopo oblatum fuisse, *qui susceptum puerum baptizavit, & totondit, commissæque sibi ecclesiæ Lectorem fecit, atque in Episcopio accepit, & enutrivit*. Quibus ex locis, meo judicio, perspicuum est, pueros a parentibus oblatos statim tonderi, ac Lectoratus ordine donari consuevisse; quamquam non ignorem, plures esse viros doctos, quorum in animis alia insidet opinio. Ut ut ea de re sit, profecto si hæc parentum oblatio efficiebat, ut hi pueri revera Clerici fierent, non item efficiebat, ut perpetuam castitatem servare cogerentur. Nam ipsis integrum erat, posteaquam adoleverant, aut uxorem accipere, aut suscepto subdiaconatu sese perpetuæ continentiæ lege obstringere. Rem omnem explicat disertissime laudatus Canon I, Concilii Toletani II, cujus hæc verba sunt: *De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis clericatus officio manciparit, statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo ecclesiæ, sub episcopali præsentia, a præposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius Cleri, plebisque conspectu, voluntas eorum de expetendo conjugio ab Episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis, Deo inspirante, placuit..... primum subdiaconatus ministerium habitu probationis suæ vicesimo anno suscipiant*. Quod cautum erat de omnibus, qui se clero adscripserant, ut cùm ad pubertatis annos venissent, vel *uxorem ducerent, vel continentiam profiterentur*, uti loquitur Conc. Carthaginense III, *can.* 19, *tom.* 1, *col.* 963, *collect. Harduini*. Poterant hi quidem minores clerici uxorem accipere, sed non poterant a clericatus professione recedere, quod late ostendit Thomassinus *vet. & nov. eccles. discipl. par.* 2, *lib.* 1, *cap.* 11, *& seq.* Hujus autem disciplinæ de filiorum oblatione *moderationem paucis ab hinc sæculis inductam esse* monet Benedictus XIV in litteris datis ad P. Hieronymum Guglielmi 15 Decemb. 1751, quæ extant in ejus Bulla-

non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes. Habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi probetur primum (f), & sic

lario *tom.* 3, *Constit.* 54, §. 5, *pag.* 240, *ed. an.* 1754. Consule Morinum *de sacr. ordinat. par.* 3, *exerc.* 15, *de tonsur. cleric. cap.* 3, Bosquetum *in notis ad ep.* 136 *Innocentii III, lib.* 2, *reg.* 14, *pag.* 151, Martenium *de antiq. Eccles. ritib. lib.* 1, *par.* 2, *cap.* 8, *art.* 3, *num.* 2, Thomassinum *vet. & nov. Eccles. disciplin. part.* 2, *lib.* 1, *cap.* 23, & 24.

Nullam pro tonsura, & minoribus ordinibus ætatem expresse constituit Synodus Tridentina; sed ea res Episcopi arbitrio relinquitur, qui pueros ordinare poterit ea ætate, qua ipsos ad hoc munus aptos, & idoneos judicabit. Generatim tamen post septennium minores ordines conferuntur. Vide Catalanum *in Pontific. Romano tit.* 2, §. 1, *n.* 9, *par.* 1, *pag.* 28, & Fagnanum *in cap. super inordinata de præben. num.* 27, *ad ult.*

De Subdiaconorum ætate non eadem semper, & ubique fuit antiquæ Ecclesiæ disciplina. Concilium Toletanum II, *loc. cit.* & Trullanum *can.* 15, *col.* 1666, *tom.* 3 *collect. Harduini*, ætatem constituit annorum viginti; Concilium Melfitanum *can.* 4, *col.* 1685, *tom.* 6, *part.* 2, *ejusd. collect.* anno decimoquarto, aut decimoquinto Subdiaconos ordinari permittit. Hugo a S. Victore *de sacram. lib.* 2, *cap.* 21, *pag.* 614, *tom.* 3 *Opp. ed. Rothomag.* 1748, sua adhuc ætate ante quartumdecimum ætatis annum subdiaconatum dari non consuevisse testatur, & Clemens V in *Clement. generalem de ætat. & qualit. ordin.* annum decimum octavum definivit. Diaconos vero ante annos 25, Presbyteros ante annos 30 ordinari vetat. *c.* 5, & 6, *dist.* 77.

Qui ante hanc ætatem non impetrata venia Sedis Apostolicæ ordinibus initiatus est, susceptorum ordinum munera exercere prohibetur, & si exercuerit, irregularis efficitur. Ita sancitum est a Pio II, *Constit. cum ex sacrorum* 9, *tom.* 3, *par.* 3, *pag.* 109 *Bullarii*. Graviores, quam quæ hac constitutione comprehendebantur, pœnas indixit Sixtus V, *in Constit. sanctum* 140, *p.* 40, *tom.* 5, *par.* 1, sed eas sustulit, & antiquiorem Pii II constitutionem, cujus nunc facta mentio est, servari voluit Clemens VIII, *Constit. Romanum* 121, *pag.* 97, *tom.* 5, *par.* 2 *Bullarii*. Piana Constitutio tantum memorat *ordines sacros*; ex quo conficit Rigantius *ad Reg.* 24 *Cancell.* § 4, *n.* 22, ea pœna tantum illos esse plectendos, qui majores, non item, qui minores ordines extra legitimam ætatem, vel extra tempora a jure constituta, vel sine literis dimissoriis proprii Episcopi susceperunt, quamquam *num.* 24 fateatur, hos etiam clericos, cum absit bona fides, a susceptorum ordinum exercitio esse suspendendos. Verum id quidem est, quod dicitur de Piana Constitutione, sed Innocentius XII, *in cit. Constit. Speculatores, eo ipso suspensos a susceptorum ordinum executione declarat clericos*, qui sine litteris testimonialibus proprii Episcopi tonsuram, cæterosque ordines susceperunt.

(f) Bingham. O. E. Lib. IV, cap. III, §. 1. Antequam legitimo modo quis eligi vel ordinari ad officium aliquod Clericale in Ecclesia posset, electoribus, & consecratoribus diversæ intuitu ejus faciendæ erant disquisitiones, quas ad hæc tria genera referri posse, existimo. Intuebatur videlicet disquisitio ratione *fidei, morum & externi status ac conditionis* ejus in mundo.

Ac primo ad fidem quod spectat, vel eligentes publicum de Personæ alectæ orthodoxia testimonium exhibebant, vel ipse electus ad quæstiones de Fide sibi propositas respondebat, vel certis fidei capitibus, ubi ordinandi essent, subscribebant. Triplicem hanc fidei probandæ rationem habemus partim ex Concilio Carthaginiensi IV, partim vero ex Legibus Justiniani.

Concilium Carthag. IV, Can. I, formulam quandam exhibet, qua plures ab Episcopo ordinando proponendæ interrogationes præscribuntur fidei symbolum præcipue spectantes, ac doctrinas contra notissimas hæ-

& sic ministrent, nullum crimen habentes. Satis jam superque antea monuimus, (Vid. supra Lib. IV, Part. I, Qu. III, IV, V, & Part. II, Qu. VII.)

---

reses tum quidem adhuc serpentes directas: Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus . . . si in lege Domini sit instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitus &c. Et Justinianus Novell. CXXXVII, cap. 2, præcipit, ut quoties opus fuerit Episcopum ordinari, Clerici, optimates Civitatis super tribus personis decreta faciant, propositis sacrosanctis Evangeliis, periculo suarum animarum dicentes in ipsis Decretis, quia neque propter aliquam donationem . . . sed scientes eos rectæ, & catholicæ fidei, & honestæ esse vitæ. Tum ibidem decernit exigi etiam ante omnia ab eo Episcopo, qui ordinandus est, libellum ejus propria subscriptione complectentem, quæ ad rectam ejus fidem pertinent.

Deinde in mores inquirebatur, dum generatim ii soli eligebantur, quos Plebs universa nosset, adeoque de ipsis testimonium posset dicere. Tertullianus Apolog. Cap. XXXIX. *Præsident apud nos probati quique Seniores honorem istum non pretio, sed testimonio adepti*. Et Cyprianus Epist. LXVIII, al. LXVII. *Episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit*. Hinc 1 Nullus Peregrinus in extranea Ecclesia ordinari poterat. Synodus Illib. Can. XXIV, ita statuit: *Eo quod Peregrinorum minime sit cognita vita, placuit ad Clerum, non esse promovendos in alienis provinciis*. Si a casibus quibusdam extraordinariis discesseris, eadem regula generatim obtinuit: uti ex Optato Milev. Lib. I, & ex quadam Honorii Imp. Constitutione (Cod. Theodos. lib. XVI, Tit. II, Leg. 33.) adparet.

2. Neque ullus, qui publicam in Ecclesia Pœnitentiam egisset. Homines enim maleficos, & sceleratos, licet hi veniam impetrassent, & ad communionem rursus admissi essent, attamen ad clerum provehere consultum non videbatur: quin immo ab Ordinibus, & Officiis Ecclesiasticis arcebantur. Isthanc generalem fuisse Ecclesiæ praxim innumera probant antiqua Ecclesiæ monumenta; ac præsertim Siricii, & Innocentii I Epistolæ: tum Arelatensis II, Carthag. IV, Toletani I, aliorumque veterum Conciliorum Canones.

3. Homicidæ præsertim, Adulteri, & qui tempore persecutionis fidem abnegaverint, ad Sacra Ministeria promoveri non poterant, licet publicam Pœnitentiam non egissent. (Canon. Apost. XLI.) Atque adeo si promoti fuissent, removebantur, sive sponte suum crimen profiterentur, sive ab aliis convicti fuissent. Quin etiam Synodus Neocæsareensis, *Can. VIII*, ulterius progressa decernit: *Si alicujus uxor, quum esset laicus, adulterata fuisse convicta fuerit, is non potest ad Ministerium accedere: sin autem etiam post Ordinationem adulterata fuerit, debet eam dimittere: quod si cohabitet, non potest sibi commissum ministerium exsequi*. Quod vero spectat ad crimen lapsus, & sacrificationis tempore persecutionis, profecto ejusmodi criminosis ex perpetua, & universali Ecclesiæ disciplina nunquam patuisse ad Ordines aditum probant diserta Origenis, Cypriani, Athanasii, aliorumque veterum testimonia. Si vero per ignorantiam promoti fuissent, simul atque eorundem lapsus dignosceretur, ab altaris Ministerio arcendi erant. (Concil. Nicæn. Can. X.)

4. Eidem disciplinæ obnoxii quoque erant Fœneratores, ac homines seditiosi, (Concil. Carthag. IV, Can. LXVII.) ac tandem qui semetipsis aliquod corporis sui membrum voluntarie prætruncassent. Ita Canones Apostolici, ac Synodus Nicæna. Eadem lege ii etiam obstringebantur, qui ex quodam vel pietatis, vel vitandæ fornicationis studio sese exsecuissent (Conc. Arelat. II, Can. VII.). Quo errore Origenis animum aliquando fuisse occupatum tradunt Eusebius, & Epiphanius. Tum Augustinus

de

VII.) *Episcoporum* nomine Paulum hoc loci non designare veri nominis Episcopos, qui tunc uno *Apostolorum* nomine cogniti erant, sed Pres-

---

de Haeres. Cap. XXXVII, quosdam obscuri nominis haereticos memorat sic dictos Valesios, qui, *& seipsos castrabant, & hospites suos, hoc modo existimantes Deo se debere servire*. At vero a Clericali honore haud excludebantur 1 qui fortassis eunuchi nati essent: 2 qui a persecutorum crudelitate membro aliquo orbati essent: 3 qui in periculosiore quodam morbo ex medici praescripto sibi *immedicabile vulnus ense recidi siverint, ne pars sincera traheretur*. (Can. Apost. LXXVI.)

Verum illud hic in primis oportet animadvertere, crimina tantummodo post baptismum perpetrata impedimento fuisse, ne quis ad Ecclesiasticos Ordines proveheretur. Omnia namque crimina ante baptismum admissa, immo & ea, in quae, dum catechumenus esset, quis inciderit, lavacro baptismatis ita depurgata credebantur, ut in isthac morum disquisitione, quae ordinationi praeibat, omnino condonarentur. Ita Concilium Ancyranum, Can. XII, quod & Augustini exemplum confirmat, cui tempore Ordinationis sua vitia nunquam exprobrata fuere, quia baptismum ejus antecesserant. Verum hic rursus observandum, Ordinationem fuisse denegatam, tum iis, qui baptisma tantum clinicorum, sive in lectulo, morbo, vel alia necessitate urgente, receperant, dum ad illud maturius potuissent admitti, ac sua negligentia tandiu distulerint: ita Concilium Neocaesareense Can. XII.: tum quoque iis, qui ab haereticis baptizati essent: namque in sinum Ecclesiae ubi rediissent, in Clerum ordinarie non admittebantur. Ita Concilium Illiber. Can. LI., & Innocentius I. Fatendum tamen est, Patres Nicaenos hac lege Novatianos exemisse, (Conc. Nicaen. Can. VIII.) tum Patres Africanos eamdem gratiam Donaristis indulsisse. (Codex Can. Eccles. Africanae Can. XLVIII, & LVIII.) Quod sane bono pacis factum est, & ut haeretici facilius ad Ecclesiae unitatem pertraherentur.

Postremo saltem ad superiores Episcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus ordines neminem promovere licebat, qui omnes suos domesticos ad Ecclesiae Catholicae communionem non perduxisset. Id in Concilio Carthag. III, *Can. XVIII*, sancitum occurrit: *Ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi non ordinentur, priusquam omnes, qui sunt in domo eorum Christianos Catholicos fecerint*. Profecto Apostolus I *ad Timoth. V*, jam scripserat: *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior*. Ejusmodi regula adeo aequitati conformis visa est, ut Julianus pro suo Christianis sese opponendi studio paganis Sacerdotibus eandem injunxerit. Etenim in *Epist. ad Arsacium Galatiae Sacerdotem* apud Sozomenum Lib. V, cap. 16, ipsum Arsacium monet, *ut a Sacerdotali Ministerio removeret, qui cum uxoribus, liberis, & familiis suis ad Deos non accederent*.

Tandem in externum statum, & conditionem inquirebatur. Quaedam vitae genera, quae cum Officiis Clericorum plerumque consistere non poterant, homines ab Ordinationis privilegio excludebant. Ac 1, ejusmodi erant omnia illa munera, quae sub generali Romanae militiae nomine comprehendebantur. Namque, uti notant Gothofredus, (Comm. in Cod. Theodos. Lib. XII, Tit. I, Leg. 63.) & Valesius (Not. in Sozomen. Lib. V, cap. 4.), apud Romanos omne officium, & obsequium publicum *militia* dicebatur. Hinc triplex apud ipsos militiae genus. Prior & honoratissima *Palatina*: eorum scilicet qui in palatio militabant. Altera *Castrensis*, sive *armata*. Tertia *cohortalis*, sive togata; nimirum Praefectorum, Praesidum, Advocatorum, Curialium, aliorumque, qui in publico aliquo officio sive Urbano, sive Municipali pro Patria militarent. Quin immo Canones Ordinationem quoque eorum prohibent, qui post baptisma milites aliquando fuissent, licet militiae cingulum jam abjecissent, eo quod

Presbyteròs, qui & *Episcopi* vocabantur. Habemus igitur hic, quæ virtutum ornamenta ab Presbyteris exigit Apostolus, habemus iridem ea, quæ ab Diaconis postulat, immo, cum in Diaconatu tunc temporis omnes alii inferiores Ordines inclusi continerentur, (Vid. sup. Lib. IV, Par. I, Qu. 7, §. 1.) habemus etiam illa, quæ ab Clericis omnibus expetit.

§. II. Antiqui canones eos omnes, quibus hæc virtutum decora deessent, *alienos a regula* dixerunt. Sic Synodus Nicæna I, can. XVII, καθαιρεθήσεται τῦ κλήρυ, καὶ ἀλλότριος τῦ κανόνος ἐςί, *dejiciatur a Clero, & alienus a canone existat*. Et can. IX: τύτυς ὁ κανὼν ἐ προσίεται: *Tales canon, sive regula non recipit*. Et Synodus Neocæsariensis can. XII: εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι ἐ δύναται: *in Presbyterum evehi non potest*. Recentiores autem canones uno verbo *Irregulares* (g) appellarunt. Vid. cap. X. de Renunt.

QU-

---

quod fortassis manus suas cruore infecerint. Ita Innocentius I, & Concilium Tolet. I, Can. VIII.

2. Servi, nisi suorum Patronorum consensus accesserit; ita Canones Apostolici, & Concilium Toletanum I, Canon Apostolicus LXXXI. Tum neque Liberti ad Clerum admittendi; præsertim quum eorum *Patroni de sæculo fuerint*, sive gentiles: ita Canon Illiber. LXXX Cujus prohibitionis rationem dat Albaspinæus in eundem Canonem. *Merito*, inquit, *cavebant, ne liberti, quorum Patroni erant gentiles, ordinarentur: nam ab eis fabriles, aut officiales operas exigere poterant Patroni, quas soliti erant stipulari, quum eos libertate donarent, tenebanturque liberti non solum Patronis eas præstare, sed aliis etiam quibus eæ locatæ essent. At indignum, ejusmodi operis, pistoriis puta, aut fabrilibus Clericos distrahi &c.* Quinimmo ex Legum Imperialium præscripto Servi, qui suæ conditionis jugum declinantes, ad Ecclesiasticum se ordinem transtulerint, exceptis Episcopis, & Presbyteris, ad Dominorum jura recedere cogebantur, dummodo non in eodem officio annum trigesimum transegerint. Ita Valentinianus III, *Novella XII*, ad calcem God. Theodos.

3. Præterea & ii, qui Collegio cuidam Opificum ad operam suam Reipublicæ præstandam adscripti erant, nisi prius veniam a Collegio, & a Principe, sub quo ministerium susceperant, nacti essent. Ita Synodus Aurelianensis; & Leges Imperiales Theodosii Junioris, Valentiniani III, atque aliorum Imperatorum.

4. Procuratores quoque, & Pupillorum Actores, antequam eorum administratio, & Officium perfecte expirasset. (Concil. Carthag. I, Can. IX.)

5. Tandem Digami, & quidem ex Præscripto Apostoli ad Timotheum scribentis: *Unius Uxoris virum*.

(g) Irregularitas in genere definitur *Impedimentum Canonicum, quo vir baptizatus*

tur directe, & primario prohibetur ab ordinum susceptione, & per consequens eorum usu. Dixi impedimentum, non vero pœnam, ut irregularitatem distinguerem a censura. Hæc vero semper culpam supponit, ac proinde semper pœna est. Illa vero aliquando contrahitur ex defectu, ut ex vitio corporis, ac proinde per se pœna non est. Impedimentum hoc dixi Canonicum; ut significarem irregularitatem proprie dictam non esse inductam jure naturali, vel divino, sed solo jure Ecclesiastico. Rursus etiam, ut indicarem nullam irregularitatem esse, nisi in jure expressa sit. Demum addidi, quo vir baptizatus directe, & primario prohibetur ab Ordinum susceptione, & per consequens eorum usu; ut per hæc distinguerem irregularitatem ab excommunicatione, ab interdicto, a suspensione. Per hujusmodi enim censuras fideles directe, & primario privantur per excommunicationem quidem communione aliorum fidelium; per interdictum Divinis Officiis; per suspensionem exercitio ordinum; per irregularitatem vero eo spectat potissimum Ecclesia, ne quis consecretur minister, & per consequens, ne in susceptis ordinibus ministret. Irregularitas porro ita primum dividitur, ut alia sit totalis, alia partialis. Totalis est, qua quis privatur parte ministerii dumtaxat; qualis e. g. cæcus est, qui quamvis non possit celebrare, potest tamen conciones habere, & confessiones excipere. Secundo dividitur ita, ut alia sit ex defectu, puta ex cæcitate &c. alia ex delicto, v. g. ex homicidio, & ex violatione censuræ. &c.

Berard. Instit. Canon. Tom. II, pag. 219. Irregularitatis nomen non est valde antiquum: antiqua tamen est juris sententia, qua certæ personæ aut ab ordinis suscepti ministerio, aut ab ordine suscipiendo arcebantur. Veteres ad hanc notam exprimendam variis formulis utebantur, e. g. declarantes quemquam repelli a ministerio, aut ad ministerium non admitti. Duo potissimum ad naturam irregularitatis intelligendam sunt observanda. Primum est, irregularitatem ex juris scripti sententia imminere, nec opus esse judicis facto, ut quis irregularis fiat: hinc irregularitas distinguitur a depositione, qua in parte irregularitas arcet ordinatos ab ordinis ministerio, siquidem depositio non fit, nisi judicis facto. Alterum est, irregularitatem oriri ex iis caussis, quæ obicem Ordini ponunt, non uti Sacramentum est, sed uti ordo est, videlicet uti Ordo postulat, nonnisi dignos, & undecumque idoneos admitti; hinc irregularitas distinguitur a cæteris animi noris, ob quas quis debet a Sacramentis cæteris aut abstinere, aut removeri.

Ergo irregularitas abs jure indicitur aut caussa criminis, tum vero pœna proprie est, aut caussa certi defectus, quo quis minus idoneus ad sacra ministeria existimatur, tum vero dicitur impedimentum. Quacumque de causa inferatur, nonnisi aut cessante defectu, quod temporale sit, aut dispensatione aboletur. Dispensatio tum locum habere potest, cum dispensatione secuta adhuc decore ac digne sacra dispensari ministeria possint. Dispensandi potestas ordinario jure pœnes Episcopos est. At multi sunt casus, in quibus reservationes Pontificiæ intercesserunt. Hos late Pragmatici enumerant.

Cum ex crimine, seu criminis caussa irregularitas infertur, certa regula est, nullum crimen irregularitati caussam præbere, nisi contra quod hæc pœna speciali jure indicta fuerit. Hujusmodi sunt crimen hæresis, vel apostasiæ, iteratio Sacramenti Baptismatis, simonia, violatio censuræ, homicidium voluntarium, & quomodocumque culpabile, quod etiam ad mutilationem voluntariam, & culpabilem extenditur.

Homicidium culpabile dicitur, etiam quod casu sequitur, si casum culpa præcesserit, veluti si quis hominem casu occiderit eorum armorum genere, quorum usus lege prohibeatur.

An qui abortum procuraverit, habeatur in hac parte, ac si homicida esset, est in scholarum disputatione.

Cum defectum irregularitati caussam præbere dicimus, non de ea specie agitur, qua arcea-

arceatur quis a facris ordinibus ex eo, quod natura incapax fit, aut ex eo, quod facra ordinatio facta ex Divina inftitutione prorfus in irritum caderet.

Ob priorem cauffam fœminæ dici neque-unt irregulares, quia natura incapaces Sacramenti Ordinis; ob pofteriorem cauffam neque irregulares funt, qui necdum Baptifmum fufceperunt, quia Divino jure irrita prorfus eft ordinatio illius, qui Baptifmum necdum fufcepit.

Potius irregularitati cauffam præbent defectus, qui utut natura contingunt, attamen aut temporales funt, aut inopinato accidunt, aut ex accidenti. Hujus generis funt defectus ætatis, judicii infirmitas, vitium corporis fingulare, & fimilia. Qua in fpecie regula eft generalis, eos omnes irregulares dici, qui tali vel animi, vel corporis vitio laborant, quo nequeant minifteria ordinis exequi; etiamfi in jure nulla fit fpecialis fanctio, qua dicantur irregulares.

Defectus iftius generis funt, in quibus irregularitas ftatim ceffat, defectu ceffante, in quibus, fi defectus manet, nulla datur difpenfatio; fi defectus ceffat, nec difpenfatio petitur.

Alii denique defectus funt, qui nec naturæ vitio, nec fato cuidam emergenti tribuuntur, fed tales habentur ex juris difpofitione. In his regula eft nullum effe defectum, qui det cauffam irregularitati, nifi qui in jure fpecialiter exprimatur. Hujus generis funt defectus natalium, defectus famæ, defectus libertatis, defectus Sacramenti; & defectus lenitatis.

Defectum natalium habere dicuntur, qui funt nati aut extra matrimonii cauffam, aut ex nuptiis injuftis, & illegitimi funt.

Defectum famæ habere dicuntur, quicumque infamia laborant feu juris, feu facti.

Defectum libertatis habere dicuntur fervi, item ratiociniis adhuc reddendis obnoxii: addantur his mariti, qui fine confenfu uxoris ad facros ordines fe promoveri defiderent.

Defectum Sacramenti habere dicuntur clinici, qui Baptifma diftulerunt in tempus infirmitatis; neophyti, qui recens baptizati necdum funt in Chrifti fide plene eruditi, item bigami, qui aut fecundas nuptias contraxerunt, aut viduam uxorem duxerunt.

Defectum lenitatis dicuntur habere quotquot etiam jufte hominem occiderint, aut mutilaverint, vel occidi, aut mutilari mandaverint, item occifioni, aut mutilationi vel cauffam, vel auxilium præbuerint. Ex hac cauffa irregulares dicuntur, qui fententiam dixerint in cauffa capitali, qui hanc fententiam dicentem adjuvaverint, atque ejusdem fententiæ executores.

Qui homicidium, aut mutilationem admiferunt aut inevitabili fato, aut ex neceffitate, cum alias fe defendere nequiviffent, irregulares ex ea cauffa non fiunt, tum demum tales extituri, fi culpam quandam admiferint. Hinc laici quicumque aut medicam, aut chirurgicam artem profitentes, urendo, fecando nullam contrahunt irregularitatem, fi nullam culpam admiferint, ex qua ægrotus aut mortuus fuerit, aut tabem infanabilem contraxerit: alias vero contra laicos medicam, aut chirurgicam artem profitentes nulla jure indicta irregularitas eft. Si de Clericis chirurgicam artem profitentibus agatur, etfi juxta leges artis urant, aut fecent, irregulares fiunt, quia hanc artem exercere canonibus prohibentur, ideoque aut fecando, aut urendo culpam admittunt. Potiore jure irregulares effent, fi illorum culpa homicidium, aut tabes infanabilis fequeretur in exercitationa vel medicæ, vel chirurgicæ artis; cum etiam laicis in hac fpecie irregularitas imminet.

Selvag. Inftit. Can. Lib. I, tit. XXXV, §. 24. Difpenfationem in Irregularitatibus quod fpectat, profecto quæ ex temporario oriuntur defectu, uti ætatis, libertatis, fcientiæ &c. eo ablato evanefcunt: quæ ex perpetuo, & perfeveranti vitio dimanant, fola difpenfatione auferri poffunt. Epifcopi difpenfant cum illegitimis, fed quantum ad mino-

minores ordines, & beneficia simplicia; uti quoque in Irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepto tamen homicidio voluntario, aliisque ad forum contentiosum deductis: in reliquis R. Pontificis venia opus est. Cæterum sive Episcopus dispenset, sive etiam R. Pontifex, Dispensationis canones servandi sunt; nimirum ut parce, & nonnisi Ecclesiæ utilitate, aut necessitate id postulante, ejusmodi dispensationes impertiantur.

QU. XXIII.

Quænam in sacrorum Ministrorum creatione sunt partes populi, quænam Cleri, quænam Episcopi?

§. I. CUM Divus Paulus Cretenses Civitates Presbyterorum Collegiis instruere vellet, totum hoc negotium Tito mandavit. *Reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per civitates Presbyteros*. Ad Tit. I, 5. Nulla hic populi mentio, nulla suffragiorum commemoratio: & si in ep. ad Timotheum aliquas populi partes esse statuit, eas non ad suffragium ferendum, sed ad testimonium dicendum astrictas voluit, I Timoth. III, 7. Nullo igitur fundamento nituntur illi, qui sacrorum Ministrorum electionem populo largiuntur, (Bingham. Orig. Eccl. Lib. IV, cap. 11, §. 3.) quæque in rem suam testimonia afferunt, atque exempla, contrariis testimoniis, atque exemplis eliduntur. Quamquam magni illi concursus, clamores, atque impetus, qui a populo aliquando facti sunt, uti contigit in Augustini, & Paulini electionibus, haud pro suffragio habendi, sed pro testimonio eximiarum virtutum sanctissimorum illorum virorum, quorum maximum desiderium ferre non poterant; atque æquiore lance pensanda sunt nonnulla quorumdam Patrum effata, qui verborum licentia exultantes secundas populi admurmurationes, plaususque appellarunt *assensum*, *suffragium*, *electionem*. (Vid. Bingham. ibid.)

§. II. Quid? inquies. Si populo denegas sacrorum Ministrorum electionem, cur eam non denegas & Presbyterio? Nam ubi Apostolus Tito præcipit, ut in Cretenses Civitates Presbyterorum ordinem induceret, ibi non solum populi, sed neque Presbyterii ullam injicit mentionem. At quorum Presbyterorum meminisse poterat, si nulli Cretæ hactenus erant, si adhuc creandi, si illorum creationem Tito tunc jam demandabat? Cæterum, ubi aderant Presbyteri, ibi etiam ad sacrorum ministrorum electionem evocatos fuisse, nosmet dubitare non sinunt hæc Divi Pauli verba ad Timoth. I, cap. IV, 14: *Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data tibi est per Prophetiam cum impositione manuum Presbyterii*. Et II ad Timoth. I, 6: *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum*. Ex quibus verbis intelligimus Timotheum electum fuisse ab Presbyterio, (uti etiam de Divo Luca testatur idem D. Paulus) (a) ab Apostolo autem consecra-

(a) II Corinth. VIII, 18. *Quia etiam* ELECTUS EST AB ECCLESIIS, *ut* no-

secratum. Nam manuum impositio, quæ fiebat a Presbyteris, suffragii tantum vim habebat (*b*), quæ autem ab Episcopo, *Consecrationis*; illa *gratia*, quæ de loquitur Paulus, occasionem, hæc causam præbebat. Habes ab Apostolo, quænam in Sacrorum Ministrorum creatione partes populo dandæ sint, quænam Clero imponendæ, quænam ab Episcopis sibi sumendæ. Populi igitur erit testimonii dictio, Cleri suffragii latio, Episcopi ratihabitio, & consecratio.

§. III. Hujusce Apostolici Instituti, ac disciplinæ vestigia nobis adhuc supersint in sacrarum Ordinationum ritibus, quos nobis exhibent Rituales Romanæ Ecclesiæ libri. Accipe illos ex MSS. Pontificali Salisburgensi annorum 600, & ex pervetusto Ordine Romano Vallicillano. *Mensis primi, quarti, septimi, & decimi, Sabbatorum die* (*c*) *in XII lectio-*

---

nobis peregrinationis sit comes in hac gratia, quæ administratur a nobis.

(b) Fronto Ducaeus not. in Chrysostom. hom. I ad pop. Antiochen. p. 1. Περὶ χειροτονιῶν, *de ordinationibus*. Brixianus interpres verterat *de electionibus*, atque apud profanos quidem scriptores χειροτονία, quæ proprie manuum extensionem sonat, decretum significat, vel suffragiorum lationem, qua in populi comitiis magistratus deferebantur, & χειροτονεῖν τινα *per suffragia creare*.

Ignatius Ep. ad Smyrn. n. XI. Πρέπει εἰς τιμὴν Θεοῦ χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεσβύτην κ. λ. τ. *Decet ad Dei honorem, ut ecclesia vestra eligat sacrum legatum, cætera*.

Id. epist. ad Philadelph. n. X. Πρέπον ἐστὶν ὑμῖν χειροτονῆσαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ Θεοῦ πρεσβείαν. *Decet vos eligere Diaconum, qui obeat ibi legationem Dei*.

Id. epist. ad Polycarp. n. VII. Πρέπει συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον καὶ χειροτονῆσαί τινα, ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, ὃς δυνήσεται θεόδρομος καλεῖσθαι. *Decet concilium cogere Deo decentissimum & eligere aliquem, quem valde carum habeatis & impigrum*, qui poterit divinus cursor appellari.

(c) Jam a priscis Canonibus in nostra Occidentali Ecclesia (Nam Orientales vix temporum discrimina servant in ordinationibus suis) constituta sunt ad ordines quatuor tempora, quæ jejunando transigimus. Apostolos orantes, & jejunantes manus imposuisse scriptum est in Act. XIII, 3. Apostolorum exemplo Ecclesia jejunia instituit quatuor temporum, ut populus per hæc pænitentiæ opera bonos Ecclesiæ ministros a Deo impetrare possit. Hinc S. Carolus Borromæus in suo Concilio Provinc. II, *tit.* 1, *decret.* 21, jussit, *ut dominico die, qui stata quatuor temporum jejunia, quibus ordinis sacramentum administratur, antecedit, Parochi in sua unusquisque totum Parochiali Ecclesia supplicationes, litaniasque piæ, ac religiose vel intus habeat, vel prosequente fidelium multitudine foris Ecclesiam, sicut moris, obeat; ut Dei, Sanctorumque ope implorata, tum Episcopus in eorum delectu, quibus ordines conferet, Spiritus S. lumine illustretur, tum illi quibus conferunt, in vitæ sanctitate, doctrina, religiosisque virtutibus proficiant*. Idemque habetur in Concilio Mediolanensi IV, *tit. quæ pertinent ad Sacramen. ordin.* Hinc putarunt aliqui, jejunia quatuor temporum primum a S. Carolo in Ecclesia Mediolanensi fuisse instituta; sed eos late refellit Justus Fontaninus *dissert. de coron. ferrea Longobard. cap.* 8, *n.* 5, *p.* 69, & 70. Porro in Ecclesia Romana quinto saltem sæculo generatim obtinuisse jejunium quatuor temporum, ostendunt sermones S. Leonis, præ-

 ser-

lectionibus ad S. Petrum, ubi Missæ celebrantur postquam Antiphonam ad Introitum dixerint, post lectiones dat Orationes. Deinde Archidiaconus sine casula ad chori usque medium procedens, habens præ manibus eorum, qui ordinandi sunt, nomina, & vocatis eis humiliter, respiciens in Episcopum his eum verbis alloquitur. POSTULAT HÆC SANCTA MATER ECCLESIA, *Pater Reverende, hos viros ordinibus aptos consecrari sibi a vestra Paternitate:* cui respondet Episcopus: *Vide ut natura, scientia, & moribus per te ut introducantur, immo per nos tales in Domo Dei ordinentur personæ, per quas Diabolus procul pellatur, & Clerus de nostro multiplicetur.* Ait Archidiaconus: *Quantum ad humanum spectat examen, natura, scientia, & mori-*

---

tertim sermo 86, *& seq. de jejunio septimi mensis col.* 340, *sermo* 12, 13, 19, *&* 20, *de jejun. X mensis col.* 39, 43, 59, 62, *tom.* I, *ed. Ballerin. Venet.* 1753. Alia bene multa S. Leonis testimonia refert Card. Cozza *de jejun. par.* 2, *art.* 9, *num.* 7 *pag.* 104, *& seq.* In jejunii mensibus, Junio videlicet, Septembri, Decembri, eadem erat omnium Ecclesiarum ratio, & consuetudo, sed dissimilis erat disciplina in hebdomada designanda, uti post Sirmundum *ad ep.* 23, *lib.* 3, *Goffrid. Vindocin. in Bibl. PP. t.* 21, *p.* 105, *ed. Lugdun.* observat. Card. Bona *rer. liturg.* l. 2, c. 16, §. 4, tom. 3, p. 343. Solemnis erat denunciandi jejunii formula; aliam habet Card. Bona *loc. cit.* & aliam Muratorius *in liturg. Rom. vet. t.* 1, *col.* 603.

Quovis die Apostolos ordinationem absolvisse putat Hallier. *de sacr. elect. & ordin. tit. de tempor. sacr. ordin art.* 2, *n.* 6. Quidam vero sunt, qui olim a Romanis Pontificibus tantum mense Decembri exactas ordinationes putant; sed eos refellunt Pagius *in Breviar. gest. Pontif. Roman. tom.* 1; *in vit. S. Simplic.* Hallier. *loc. cit. part.* 2, *sect.* 75 *art.* 2, *cap.* 1, §. 3, *n.* 6. Porro S. Leo M. apud Gratianum *can.* 4, *&* 5, *dist.* 75, tradit disertissime, vetustam esse, atque a Patribus acceptam consuetudinem, quod ordinationes non *passim diebus omnibus* expediantur, sed *die dominicæ resurrectionis*, (qualis olim dicebatur quilibet dies Dominicus) *cui a vespera Sabbati initium constat adscribi.* Primus Gelasius I apud Gratianum *can. ultim. dist.* 75 constituit, ut ordinationes fierent *jejunio mensis quarti*, (hoc est Junii, quoniam olim Christiani exemplo Romanorum a mense Martio annum inchoabant) *septimi*, hoc est *Septembris*, *decimi* hoc est *Decembris*, *& quadragesimalis initii*, hoc est *primæ hebdomadæ quadragesimæ*, ac *medianæ hebdomadæ*, idest Sabbati ante Dominicam passionis quintam quadragesimæ, quæ mediana quoque Dominica dicitur, quia in ejusdem lectionibus commemoratur luna quartadecima, & quintadecima, quæ sunt medietas periodi lunaris. Quamquam vero in hac epistola nulla fit mentio Sabbati Sancti, tamen eo quoque die a Gelasio permissas Presbyterorum, & Diaconorum ordinationes putat Christianus Lupus *in cult. schol. ad decret.* 3 *S. Leonis IX, in respons. ad* 2 *quæst. tom.* 4, *p.* 299, *ed. Venet.* Sed clarius deinde Alexander III ordinationis tempora constituit *in Cap.* 3., *de tempor. ordin.* cum inquit quod ad Subdiaconatum, & cæteros majores ordines, *nisi quatuor temporibus, aut sabbato sancto, vel in sabbato ante dominicam de passione nulli Episcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.*

At quid si tanta est Ordinandorum multitudo, ut eo die quo incepta est, eodem absolvi nequeat ordinatio? Tunc produci ordinatio potest in sequentem diem dominicam, ita tamen, ut & ipsum jejunium usque ad vesperas diei dominici protrahatur.

Qui extra statuta tempora sacros ordines suscepit, eorum muneribus fungi prohibetur

moribus digni habentur, & probi cooperatores effici in his Deo volente, possunt. Post hæc Lector ascendit in ambonem, & alta voce AURIBUS POPULI inclamat: *Cognoscat caritas vestra, quia ille, ac ille advocatur in tali officio, & in tali. Si quis ex vobis habet contra hos aliquam querelam exeat confidenter propter Deum, & secundum Deum, & proferat in medium, & dicat: Memor sit tamen omnino communionis suæ. Quod si nullus contradictor extiterit, sequitur lectio, & Responsorium, quibus finitis, jubente Episcopo, Archidiaconus accedat propius, & vocentur denuo nominatim, ut benedicantur ab Episcopo, hisce ferme verbis ita: De domo S. Mariæ eligi-*

tur cap. 2, 8, de tempor. Ordinat. Potest tamen Episcopus ordinatum ab ea pœna post actam pœnitentiam liberare, uti *in cap. 16, eod. tit.* sancitum est a Gregorio IX, emendata ea in re Decretali, quæ est *in cit. cap.* 8, per quam hæc clerici restitutio Sedi Apostolicæ fuerat reservata. Et quamvis Sixtus V, *Constit. sanctum & salutare* 140, *p.* 40, *t.* 5 *par.* 1 *Bullarii* eam rem similiter Sedi Apostolicæ reservasset, tamen huic Constitutioni derogavit recentior Constitutio *Romanum Pontificem* 121, Clementis VIII, *pag. 97, tom. 5, par. 2 Bullarii*.

Item Episcopus, qui extra tempora Ordines confert, ordines conferre prohibetur. *cap. 2, de tempor. Ordin.* Quemadmodum autem Summus Pontifex extra tempora a Jure constituta sacros ordines conferre potest, ita Episcopis conferendi tribuit facultatem, quod præstat litteris Apostolicis *in forma Brevis*, quas vulgo *extra tempora* appellamus. Quæ facultas conceditur justis de causis, quas numerat Congregatio particularis habita, Innocentio XII Pontifice, apud Rigantium *ad regul.* 24 *Cancellar.* §. 1, *n.* 44, *tom.* 2.

Minores Ordines quolibet die festo de præcepto etiam extra Missam sed ante meridiem conferuntur. Tonsura autem quocumque loco, hora, die *cap. 3 de temp. ordinat.* Quæ Decretalis non est ita intelligenda, ut Episcopus eadem die uni clerico plures minores ordines conferat, nullis servatis interstitiis, quæ etiam in minoribus ordinibus servari jubet Synodus Tridentina *c.* 11, *sess.* 23, *de reform.* nisi aliud Episcopo magis expedire videatur. Nam ea non ad unum pertinet clericum, sed ad plures, qui ordines erant suscepturi, atque id sibi voluit Pontifex, ut plures quidem minores ordines eadem die, sed uni clerico unus, alteri alter recte tribueretur. Non igitur, ut quidam putant, huic Decretali ea in re a Tridentina Synodo derogatum est. Quod attinet ad interstitia majorum ordinum saltem unius anni spatium inter unum, atque alterum ordinem debet intercedere, nisi aliud Episcopo videatur ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem. Conc. Trid. *Sess.* 23, *cap.* 11, 13, 14, *de reform.* Haud tamen Episcopo licet plures uno die majores ordines conferre. Cæterum hic interstitiorum annus, qui inter unum, atque alterum majorem ordinem debet intercedere, est annus ecclesiasticus, ideoque ordinatus Diaconus in quatuor temporibus Quadragesimæ recte ordinatur Sacerdos in quatuor temporibus Quadragesimæ anni consequentis, licet Pascha celerius advenerit, uti secundum sententiam Sac. Congregationis Concilii monet Fagnanus *in Cap. literas num.* 2, *de tempor. ordinat. & in Cap. ad nostram num.* 18, *vers. & confirmatur de Regular.*

Interstitiorum mentio est apud Siricium, ac Zosimum *d. dist.* 77, *can.* 2, & 3, in Concilio Sardicensi *can.* 10, *col.* 93, in VIII Synodo œcumenica *can.* 5, *col.* 1018, *Delect. actor. Eccles. univers.* & in Capitular. Reg. Francor. *lib.* 7, *cap.* 42, apud Baluzium *tom.* 1, *pag.* 693, *ed. Venet. an.* 1772. Antiquam vero de interstitiorum tempore Ecclesiæ disciplinam explicant diligenter Thomassinus *vet. ac nov. Eccles. discipl. part.* 1, *lib.* 2, *cap.* 35, & 36, Hallier *de sacr. elect. & ordinat. tit. de tempor. sacr. ordinat. sect.* 7, *cap.* 2, *art.* 7,

ligimus ill. ad Ostiarium ad eundem (*d*) *titulum. De titulo S. Stephani eligimus ill. ad Lectorem ad eundem titulum. De ecclesia S. Petri eligimus ill. ad Exorcistam ad eundem titulum, &c. Posthæc celebratur consecratio sacrorum Ordinum ita &c.* Ex illa oratione, quam Diaconus, vel Lector e suggesto ad populum habebat, illum monens, *ut si quid haberent adversus initiandos, in medium proferrent*, docemur, Populo jus datum fuisse testimonii sui dicendi in sacrorum ministrorum ordinationibus; ex iis autem, quæ Archidiaconus Candidatos Episcopo sistens nomine totius Cleri ajebat: *Eligimus ad N. N. Ostiariatum, ad Lectoratum, ad Exorcistatum &c.* discimus suffragiorum jus fuisse pœnes illius Ecclesiæ Cle-

7, *Juenin de Sacram. differt.* 8, *quæst.* 8, *cap.* 3, *de sacram. ordin. in commun.*

(d) Tituli in prædiis dicebantur Tabulæ in quibus dominorum nomina inscripta erant, ut ex iis, cujus prædia essent cognoscerentur. Id videntur satis probare Rubricæ Codicis indicatæ a Dousatio. Hinc fortasse factum, ut Tituli primum dictæ sint certæ sedes Clericis attributæ, in quibus suum munus exercerent, h. e. Ecclesiæ, tum eodem nomine donata sunt prædia iisdem Clericis ad victum, cultumque assignata. Patet hinc, quid sibi voluerint antiqui Canones, qui Illegitimas, atque adeo inanes esse voluerunt ordinationes eorum, qui sine certo titulo ordinati essent, h. e. qui in ipsa ordinatione non fuissent adscripti certæ alicui Ecclesiæ, itaque relati in Catalogum Clericorum illi Ecclesiæ inservientium, ut vel in dies, vel in menses ratam portionem oblationum acciperent. Quod æque de majoribus, ac de minoribus Clericis intelligendum est, cum quod ad titulum pertinet, nullum tunc temporis esset discrimen, inter Ostiarium, & Lectorem, vel inter Diaconum, & Presbyterum. Illis æque, ac his Episcopus ordinans in ipsa ordinatione officium assignabat, prout fit & nunc, eoque modo utrisque jus impertiebatur habendi partem de redditibus, seu beneficiis illius Ecclesiæ majorem, quo quisque major fuisset in ordine, & ministerio. Lex hæc de ordinandis Clericis cum certo titulo, h. e. cum adscriptione certæ alicui Ecclesiæ aliquam mutationem aliquando passa est præsertim in id conniventibus pluribus Episcopis, non tamen id unquam approbantibus Conciliis. Sed anno 1179 sub Alexandro III, celebratum est Concilium Lateranense, in cujus cap. 5 statutum est, ut *Episcopus si aliquem ordinasset sine certo, tamdiu ipse, aut ejus successor Ordinato necessaria subministraret, donec ei in aliqua Ecclesia convenientia Clericalis militiæ stipendia assignata fuissent.* Quibus verbis omnino confirmata est vetus disciplina, ex qua ordinandi erant Clerici cum titulo ejusmodi, ut certam sustentationem ex ea *Ecclesia*, cui fuissent adscripti, perciperent. Verum supra indicatæ legi addita est etiam hæc exceptio, *nisi talis ordinatus, de sua, vel paterna hæreditate subsidium vitæ posset habere*. Qua exceptione probata est alia species tituli, ad quem Clerici possent ordinari, proprii scilicet patrimonii, firmataque fuit regula, necessarium videlicet non fuisse, ut Clericus vel reddito, vel loco in Ecclesia gauderet, modo per se haberet, unde viveret. Ventum tandem est ad Conc. Trident. quod Concilium revocare satagens pristinum morem, decrevit, ut ii tantum sacris initiarentur qui, beneficio aliquo, quod ad vitam sustentandam sufficeret, fruerentur, itaque titulum beneficii Ecclesiastici pro ordinandis expresse probavit; obtinentes autem Patrimonia, vel pensiones, non alios ordinandos voluit, nisi quando necessitas, vel commoditas Ecclesiarum id exigeret; itaque titulum patrimonii, vel pensionis hodie ubique terrarum multo frequentissimum, sin minus absolute damnavit, certe tamen admittendum voluit dumtaxat sub conditione, & multo inferiorem ha-

Clerum. Tandem illa verba, *Postulat, hæc sancta Mater Ecclesia, hos viros ordinibus aptos consecrari sibi a Vestra Paternitate*, satis aperte declarant, Clericos nonnisi ab Episcopo sacro charactere imbui, sacrisque aris initiari potuisse. Quamobrem Populus, laicique intra cancellos sibi ab Apostolo circumdatos se se contineant, & in Sacrorum Ministrorum creatione testimonium dicant suum, at suffragii ferendi honorem Clero relinquant, totius vero rei confirmandæ sacrandæque potestatem Episcopis (e) asserant, atque affirment. (Vid. sup. Lib. IV, Part. III, Qu. XIX, §. 6.)

I N-

---

habuit titulo beneficii Ecclesiastici: lege cap. 2, sess. 21, de reform. Atque hactenus indicatæ species titulorum, cum quibus ordinari Clerici possunt, titulus siquidem Beneficii Ecclesiastici, titulus Patrimonii, titulus Pensionis afficiunt Clericos sæculares. Nam Clericorum Regularium, qui & ipsi per plura sæcula nonnisi ad certam Ecclesiam ordinati sunt, alii hodie habent instar tituli Monasterium ipsum, h. e. Jus percipiendi alimenta ex Monasterio; alii nimirum Mendicantes habent instar tituli paupertatem, seu, ut facete dixit S. Antoninus, Sportam, h. e. potestatem emendicandi ubique ad vitam sustentandam. Hæc de jure communi. Nam alias placuit SS. Pontificibus, quibus solis de jure supra hoc jus dispensare licet, ut nonnulli Clerici certarum Ecclesiarum, vel certorum Collegiorum præsertim in urbe Roma, possent ex peculiari privilegio ad sacros ordines promoveri etiam sine beneficio, Patrimonio, vel Pensione. Longinqua non moramur. Tales ex privilegio Sixti V sunt Clerici Civitatis Venetiarum, dummodo addicti sint servitio alicujus Ecclesiæ dictæ Civitatis; tales ex privilegio Clementis X sunt pauperes alumni Seminarii Patavini, qui & ipsi initiari sacris possunt ad titulum mensæ ejusdem Seminarii, usque dum beneficio aliquo Ecclesiastico donentur. Interim autem debent inservire vel Seminario eidem instituendo reliquos Clericos in bonis artibus, vel saltem diœcesi, seu verbum Dei prædicando, seu ministrando sacramenta fidelibus ad arbitrium Episcopi.

Qui decepto Episcopo falsum obtulit, aut simulatum Patrimonium, suspenditur a susceptis Ordinibus donec illud integrum, atque legitimum obtineat: Constit. *Romanus Pontifex* S. Pii V, & Episcopus, qui sciens, prudens Clericum sine beneficio, aut Patrimonio ordinavit, cogitur ei præstare necessaria ad vitam honeste transigendam, donec aptum, atque conveniens beneficium consequatur. *Cap. cum secundum de Præbend.* Hac autem pœna, per quam Episcopus clerico sine titulo ordinato alimenta præstare cogitur, eum tantum liberari, si ipse Clericus obtineat beneficium, non item si ex bonis patrimonialibus obtineat, unde vivere honeste possit, secundum jus novissimum Concil. Tridentini, ostendit Rigant. ad Regul. 24, §. 5, num. 192.

(e) Non quibuslibet, sed propriis dumtaxat. Jam vero proprius, quoad rem præsentem attinet, alicujus hominis Episcopus quis dicitur quadruplici ratione, nimirum ratione Originis; ratione domicilii; ratione beneficii; ratione familiaritatis. Ratione originis, si nimirum quis naturaliter ortus sit in ea diœcesi, in qua ad ordines promoveri postulat, dummodo ibi non jam natus sit fortuito: e. g. quod pater ejus hac iter haberet, legationem obiret, in eo loco mercaturam faceret, vel alia ex causa moram ibi traheret ad tempus; sed natus sit ideo quod Pater ejus in tali loco certum domicilium

cilium cum animo in eo perpetuo permanendi locaverit. Ratione domicilii, si nimirum quis, licet alibi natus sit, tamen postea sive simul cum patre, sive seorsim ab eo domicilium suum ita constituerit in alio loco, ut vel per decennium in eo saltem habitando, vel majorem rerum, & bonorum suorum partem cum instructis aedibus in locum hujusmodi transferendo, ibique praeterea per aliquod longius tempus commorando, satis superque suam perpetuo ibidem permanendi voluntatem demonstraverit; quem animum tamen ipsum jurejurando utroque in casu testari debebit, antequam ad ordinem promoveatur.

Ratione beneficii si nimirum quis in aliqua Dioecesi, in qua vult ordines accipere, habeat beneficium Ecclesiasticum, dummodo beneficium tanti sit redditus, ut ad congruam vitae sustentationem, sive secundum taxam synodalem, sive ea deficiente, secundum morem regionis, pro promovendis ad SS. Ordines detractis oneribus per se solum nullo aliunde parato supplemento sufficiat, illudque ordinandus pacifice possideat. Demum ratione familiaritatis, si nimirum quis actu servierit alicui Ordinario, ejusdemque sumptibus altus fuerit per integrum, & perpetuum triennium, ita tamen ut statim h. e. saltem intra spatium unius mensis a die factae ordinationis debeat ab Episcopo cujus est familiaris, accipere beneficium Ecclesiasticum, quod ad vitam sustentandam sufficiat eodem prorsus modo, quem antea indicavimus. Descripsimus haec pene ad verbum ex celebri Bulla, quae tota est in hanc rem Innoc. XII, incipiente *Speculatores* data anno 1694. Quaeris autem quid juris ante indicatam Innoc. Constitutionem hac in re obtinuerit. Sic paucis faciam satis. Jam a nascente Ecclesia usque ad saecul. reparatae salutis X ea obtinuit disciplina, ut proprius Episcopus censeretur is, qui prius manus clerico imposuisset, adeo ut huic soli per ea tempora jus fuerit & conferendi reliquos, qui superessent tam majores, quam minores ordines, & transferendi Clericum a se primo ordinatum ab ea cui primum fuisset adscriptus ad aliam Ecclesiam. Post annos mille, missa ratione prioris ordinationis, coepit haberi ratio originis, & quod juris a vetustioribus Canonibus competebat soli Episcopo, qui primus manus imposuisset, a Constitutionibus latis saec. XI & XII, translatum in solum Episcopum fuit, in cujus Dioecesi originem suam ordinandus habuisset. Sed saeculo XIII ad exitum vergente Ordinario originis placuit addere novos alios ordinarios; primum scilicet ordinarium beneficii, seu loci in quo ordinandus beneficium obtinuisset, paucis post annis Ordinarium domicilii, seu loci in quo ordinandus firmam sedem sibi elegisset. De eo primum cavit Clemens IV ad Pontificatum evectus an. 1261, ut in cap. *Sape contigit de Temporibus ordinationum* in 6. De hoc Bonifacius VIII renunciatus Papa an. 1294, ut in cap. *Cum nullus* eod. tit. in 6. Nam quod spectat ad Episcopum ratione familiaritatis, de eo in SS. Conft. nulla mentio fit; quare verosimilis videtur eorum opinio, qui credunt ex consuetudine sensim inducta, & originem suam fortasse trahente jam a Concilio I sub Leone Papa I celebrato saeculo V, acquisitum: hoc privilegium Episcopis confirmavit Conc. Trid. sess. 23, c. 2. Non minus SS. constitutiones, quam Concil. Trid. placita confirmavit quamvis additis nonnullis conditionibus Innoc. XII supra laudata sua constitutione, secundum quam nos supra statuimus hodie proprium ordinarium Episcopum haberi quadruplici ratione: Ratione originis; ratione Domicilii; ratione Beneficii; ratione Familiaritatis. At proprius hic Episcopus poterit ne proprios Clericos ordinare quolibet loco? Tonsuram quia actus est voluntariae jurisdictionis, utique conferre poterit quolibet loco: sed ordines sive majores sive minores vel Clericis sibi subditis conferre non poterit in aliena Dioecesi, nisi permissu illius Episcopi, ad quem ea Dioecesis pertinet. Quamquam contingere aliquando potest, ut Episcopus Clericum sibi subditum neque in sua, neque in aliena Dioecesi permissu alterius Episcopi ordinare possit. Id autem accidit, cum clericus ille, vel a summo Pontifice vel ab alio, sed jussu summi Pont. aliquem ordinem susceperit. Nam hic prohibetur etiam per Episcopum, cujus potesta-

testati subjacet, ne dum per alios ad ulteriores ordines perduci sine expressa Summi Pontificis venia. Cæterum quemadmodum proprius Episcopus Clericum suum ordinare potest in sua Diœcesi, ita potest permittere, ut in alia Diœcesi ab Episcopo ordinetur, datis litteris, ut ajunt dimissorialibus sive sermo sit de Clerico subdito ratione Originis, Domicilii, Beneficii, quod omnes concedunt; sive etiam de Clerico subdito ratione Familiaritatis prout a nonnullis de hoc dubitantibus consulta censuit S. Congregatio. De litteris Dimissorialibus hæc habe. Dabantur olim hæ litteræ ut Clericus dimitteretur ab Ecclesia, cui erat addictus, atque ut alteri Ecclesiæ adscribi posset. Huc spectabant antiquæ litteræ *dimissoriæ*, *quæ & pacificæ*, *& formatæ* dicebantur, quamquam *formatarum* litterarum vocabulum nomen esset generis, quod & *commendatorias*, *& communicatorias*, *& dimissorias* litteras comprehendebat. Omnes enim clerici in ordinatione certæ ecclesiæ adscribebantur, neque eam deserere poterant, nisi primum Episcopus ipsos ab ejus servitio *dimitteret*, & quasi emanciparet. Conc. Carthag. I, *can.* 5, *col.* 106, & Trullanum *can.* 17, *col.* 556, *Delect. actor. Ecclesf. univers. tom.* 1, quo decernitur, ut *nullus omnino clericus*, *in quocumque sit gradu*, *potestatem habeat sine proprii Episcopi scripta dimissoria in aliena Ecclesia catalogum referri*. Ex quo evidens est, datas litteras dimissorias, non ut clericus ordinaretur, sed ut referri posset *in alienæ Ecclesiæ catalogum*, quod fieri non poterat, nisi primum ab Ecclesia, cui erat addictus, dimitteretur. Duas litterarum dimissorialium formulas proponit Gratianus *can.* 1, *& 2, distinct.* 73, sed hæ commentitiæ sunt. Clerici *peregrini*, qui sine Episcopi litteris vagabantur, graviori afficiuntur pœna a Conciliis Arelatensi I, *can.* 1, *col.* 30, Nicæno *can.* 16, *col.* 59, Taurinensi *can.* 7, *col.* 120, Chalcedonensi *can.* 20, *col.* 223, Arelatensi II, *can.* 13, *col.* 234, Turonensi I, *can.* 11, *col.* 250, *Delect. actor. Ecclesf. univers. tom.* 1, *Lugduni* 1706, atque a Canone 15 Apostolorum apud Coteletium *PP. Apostol. tom.* 1, *pag.* 444, *edit. Amstelædami* 1724, ubi hujusmodi clericus *alterius ministrare* prohibetur, & *tanquam laicus communicare* jubetur.

Jus Diaconale Catholicorum,

Nunc litteræ dimissoriæ dantur Clericis, ut Clericus ordinetur ab Episcopo non suo; sed is tamen, ut antea, pertinet ad suum Episcopum, cum hodie tantum suscipiendorum ordinum gratia Clerici dimittantur. Antequam litteræ dimissoriales concedantur ab eo a quo conceditur, examinandum esse Clericum & probandum, decrevit Concil. Trid. sess. 23, de reform. c. 3, & 8. Usus tamen obtinuit, ut si Clericus, cui dimissoriæ conceduntur, longius absit a suo Episcopo ita, ut non tam facile ad ipsum accedere possit, examen committatur Episcopo ordinanti, onerata desuper, ut ajunt, ejus conscientia. Quia vero concessio harum litterarum gratia & privilegium est, ideo non cessant propter obitum, vel cessationem jurisdictionis vel in Episcopo, vel in alio harum dandarum litterarum jus habente, nisi expresse revocentur per successorem.

Vicarius Capitularis, Seda vacante, dimissoriales litteras dare potest dumtaxat post annum a vacatione sedis Episcopalis. Nam infra annum Vicarius Capitularis dimissoriales litteras dare nequit, ne dum ad suscipiendos ordines majores ab extero Episcopo, sed neque ad suscipiendam primam tonsuram, quam Canonistis placuit in album minorum ordinum referre. Ita Conc. Trid. sess. 7, c. 10. Sed generali legi a se latæ placuit eidem Concilio exceptionem addere in gratiam eorum, qui sunt *arctati* beneficii recepti, vel recipiendi, h. e. qui vel habent, vel sunt habituri beneficium requirens certum ordinem, cujus susceptio differri nequeat ultra annum. Immo & aliam exceptionem apponendam censuit S. Congregatio Concilii in gratiam eorum, qui vivente Episcopo obtinuissent a Sede Apostolica *Breve*, seu facultatem recipiendi ordines extra tempora cum litteris dimissorialibus proprii Episcopi. Tunc enim has litteras, quas dedisset Episcopus si fuisset in vivis, easdem etiam infra annum dare poterit Vicarius Capitularis. Neque vero est hodie cur sperent amplius Vicarii Capitulares præscriptos a Trid. Synodo terminos se posse

P præ-

prætergredi, impetratis, prout antehec solebant a S. Congregatione Concilii, vel ab alia S. Congregatione Episcoporum & Regularium litteris, ut vocabant facultativis, h. e. facultatem continentibus concedendi quibuscumque litteras dimissoriales etiam infra annum a die vacationis. Id enim arbitrium, quod antehac ex Pontificum indulgentia permissum indicatis SS. Congregationibus, iisdem ademptum est a Benedicto XIII, in Concil. Romano, Tit. 8, c. 2.

Quemadmodum Episcopi suis Clericis, ita Abbates, & cæteri Regulares superiores Monachis, cæterisque Regularibus sibi subjectis (professis tamen non novitiis) litteras dimissoriales concedunt pro ordinibus suscipiendis. Non alias autem concedunt, nisi adamussim servata forma Decreti in hac re lati a Clemente VIII, an. 1596, quod postea, & Innocentius XIII, anno 1723, & Benedictus XIII, an. 1724, demum ætate nostra communivit motu proprio Benedictus XIV, lata constitutione quæ incipit *Imposit.* an. 1747. Quid præscribitur in decreto Clementis, quid additur in Benedicti constitutione? Primo præscribitur, ut superiores regulares sibi subjectos non ad alios Episcopos dimittant, nisi ad Episcopum Diœcesanum quoties hic vel per se, vel per alium ordinationes in sua Diœcesi habeat, *Ad Episcopum illius monasterii*, (verba sunt Decreti Clementini) *in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, is regularis positus fuerit*. Excipe tamen nisi talis regularis ibi fuerit positus ad aliquos dies per fraudem, h. e. ut ordinari posset ab eo Episcopo, ad quem de industria fuit translatus. Secundo, ut si Episcopus Diœcesanus forte absit, vel generales ordinationes non habeat, tunc liceat dimittere ipsos regulares ad quemcumque alium Episcopum, dummodo ipsi regulares non distulerint de industria concessionem dimissorialium in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absfuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes, vel sedes Episcopalis vacaret. Tertio ut quoties Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente litteræ dimissoriales dabantur a superioribus regularibus ad alium Episcopum, in iisdem litteris exprimatur ejusmodi causa absentiæ Episcopi Diœcesani, vel ordinationum ab eo non habendarum. Immo addit huc Benedictus cit. const. *Præterea volumus, tales dimissoriales nullius futuras esse valoris, vel momenti, nisi illis juncta fuerit authentica attestatio Vicarii generalis, vel Cancellarii, aut Secretarii ejusdem Episcopi Diœcesani, ex qua constet vel ipsum Diœcesi abesse, vel Clericorum ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per Ecclesiasticas leges ad hunc effectum statuto.* 4 Ut is Episcopus, sive alius ad quem datæ fuerint hujusmodi litteræ possit, possit inquam, immo vero necessario debeat examen instituere de religiosis ad se a suis superioribus dimissis, *dum tamen*, do verba ipsius decreti, quæ conditionem important: *dum tamen ab Episcopo illo, qui ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam*; quo ad doctrinam inquam; nam in cæteris, puta ætate, denunciationibus, & cæteris ordinans stare debet testimonio superiorum Regularium ex sententia S. Congregationis Concilii. Hæc inquam servanda mandantur in laudato Clementis Decreto, firmanturque singula in Benedicti constitutione, statuta in superiores regulares contrafacientes pœna privationis officii, & dignitatis, nec non vocis, tam activæ, quam passivæ, aliisque ad arbitrium Pontificis incurrendis ipso jure. In ordinatos pœna suspensionis, atque etiam, in suscepto ordine si ministraverint, pœna irregularitatis; Demum in Antistites, qui ipsis manus imponunt, confirmatis Canonicis pœnis alias statutis adversus eos, qui alienos subditos absque sufficientibus dimissoriis ordinare præsumunt, ut fusius videre est in laudata Benedicti constitut. §. *porro si aliqui* &c. §. *quæcumque*. At enim quod passim videas superiorum aliquorum certorum ordinum consuevisse dimittere suos religiosos ad alios Episcopos præter Diœcesanum, fortasse tibi indicat, Clementis decretum vel expressis privilegiis, vel contraria consuetudine fuisse saltem in hac parte abrogatum. Ego vero dico, neque mihi, neque Rigantio in regula 24 Cancellariæ §. 3, constare, cuiquam alii

alii Ordini privilegium concessum fuisse nisi PP. Jesuitis, quibus & illud indultum est, ut possint ordines suscipere extra tempora a jure statuta, immo ut etiam exempti sint ab examine subeundo coram Episcopo a quo ordines erunt suscepturi. Addo saepius delatam fuisse ad S. Congregationem Concilii quaestionem hanc, utrum ex contraria consuetudine immemorabili excusandi sint Regulares ab observantia Decreti Clementini, S. Congregationem numquam certo judicio definisse controversiam hanc, ita tamen respondisse, ut significaverit se multo propensiorem in partem negantem, quam in ajentem. Negantem certe partem constanter tuetur Rigantius in dictam regulam 24, §. 3, a n. 263, ad 268, quem consulere juverit, si quando hac de re disceptandum erit ex professo.

FINIS.

INDEX

QUÆSTIONUM.

LIBER VI.

F I N I S.

NOI

NOI

RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA

Avendo veduto per la fede di Revisione, ed Approvazione del P. F. *Gio: Tommaso Mascheroni* Inquisitor Generale del Santo Offizio di Venezia nel Libro Intitolato *Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ universæ Libri novem. Tomus sextus MS.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per attestato del Segretario Nostro niente contro Principi, e Buoni Costumi, concediamo Licenza a *Simone Occhi* Stampatore di Venezia che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 3 Gennaro 1790.

(*ANDREA QUERINI RIF.*
(*CAV. PROCUR. MOROSINI RIF.*
(*ZACCARIA VALARESSO RIF.*

Registrato in Libro a Carte 420, al Num. 3226.

Marcantonio Sanfermo Segretar.